

✓  
1.  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10





1673.

1. Artzpel, Johann Daniel : Num Alexander III Fridericus  
cum Barbarorum calcaverit pedibus?
2. Bornius, Jacobus : De censu constitutivo
- 3<sup>us</sup> Carpzov, Augustus Benedictus : De jure Weich-  
bülloren.
4. Fingerus, Michael : De competente beneficio.
5. Fridericus, Valentinus : De capitamentis vulgo  
Barricken.
6. Geislerus, Fridr : De mercatoribus
- 7<sup>us</sup> Heringius, Georgius : De lucro dotis ac dotalitio
8. Rechenberg, Adamus : Casus nuptiarum Illustrium.
9. Rechenberg, Adamus : De jure talionis.
10. Schwenckenhaefferus, Bartholomaeus Lerchener : Resolutio  
corporis juris Justinianei.



1675

11. Inuentendaeffer, Bartholomaeus Leonhardus: Saues  
Iuris dicitum II erronearum portio ueni in paratote  
Wesenbeicii lib. IV tit 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8 & 9.

12. Schrenndaeffer, Bartholomaeus Leonhardus: De ulti-  
mis supplicis







1675

1. Schenckius, *Arithmetica* Buchstaben Samen

just deum *Arithmetica* per se unum in paratib

Arithmetica Lib. IV. 1. 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9.

2. Schenckius, *Arithmetica* Buchstaben: De ult.

mus applicis





1632.

1623, 7

XXXVII

IN CHRISTO FELICITER!  
DISPUTATIO JURIDICA

De

LUCRO DOTIS,

ac DOTALITII,

Vom Genieß der Mitgift und des Leibgedings /

Quam

Autoritate ac Decreto Magnifici ac

Nobilissimi Jctorum Ordinis in hac Illustri

Academia Philuræa

Sub Tutamine & Moderamine

VIRI

Nobilissimi, Amplissimi, Consultissimi ac Excellentissimi,

DN. GEORGII HEINZII, J. U. D.

Celeberrimi, ac Practici famigeratissimi,

Dn. Patroni, Promotoris, simul ac Præceptoris sui, omni observantiâ  
per atatem studiosè colendi,

Publico ac Placido Eruditorum Examini

Ad d. X. Jul. ANNO CHRISTI M. DC. LXXIII.

In Jctorum Collegio Petrino

Horis matutinis solitis

subjicit

JOH. CHRISTOPH. Freiestleben /

Werdav. Misn. Notar. Publ. Cæsar,

AUTOR ac RESPONDENS.

LIPSIÆ, Literis JOH. GORG.



Mon. Fiedlern





XXXVII

DISPUTATIO JURIDICA

LUCRO DOTIS

AC DOTANTII

AVTORITATE AC DECRETO MAGNIFICI AC

RECTORIS UNIVERSITATIS HALLENSENSIS

DR. GEORGII HEINRICHII

COLLEGIUM ACADEMICUM HALLENSIS

IN HALLENSI COLLEGIO PUBLICO

JOH. ERH. TOBIAS SPRENGER

WID. M. MAG. THEOL. HALL. CENS.

HALLENSIS ACADEMIE

HALLENSIS ACADEMIE







## PRÆFATIO.

IN NOMINE DOMINI NOSTRI JESU CHRIS-  
TI, FILII DEI UNIGENITI, quem tan-  
quam verum Deum nostrum colamus per omnia, l. 6.  
*in pr. C. de summ. Trinit.*

**N**on absq; miratione Servium à Quinto Mucio objurgatum esse legimus, quod JUS, in quo viveret, ignorasset: Nam- que eum dixisse: Turpe esse PATRICIO ET NO- BILI, CAUSAS ORANTI, JUS IN QVO VERSARETUR IGNORARE. l. 2. §. 43. ff. de O. J. Parili modo in animadversionem justam incideret hodie JURIS ac JU- STITIÆ SACERDOS, eoq; nomine esset indignus. JURA ipsius Patriæ, aut Loci in quo versatur, qui ignoraret; Juri tantum Ci- vili & Canonico incumbens vartiorum interea Consuetudines lo- corum, quæ & ipsæ vim legum habent, in tantum, ut & leges latas tollere possint l. 32. §. 1. ff. de LL. negligeret aut vilipenderet: Quid enim aliud sunt Statuta & Consuetudines locorum quam leges, quibus quis in talibus degens locis vivere omnino tenetur? Et quamvis interdum Multi præmittant multa; Nos tamen in præ- sentiarum de LUCRO DOTIS ac DOTALITII materiam investi- gatione sane perpulchram, ad disputandum subtilem admodum & acutam, exercitatione autem facti quotidie per manus omnium versatilem aggressuri, eamq; thesibus aliquot amplexuri; Missis verborum ambagibus ad Rem ipsam statim accedimus salvo argu- mento l. 1. in pr. ff. de in integr. restit. Quod ut bene & competen- ter fiat secundum Nov. 6. in fin. pr. DEUM TER OPTIMUM MA- XIMUM, qui res etiam penitus desperatas donare & consummare virtutis suæ magnitudine potest l. 1. §. 2. C. de vet. Jur. enacl. Sup- plices adoramus, ut fluctuantem propositi nostri cymbam gratio-  
A 2 sissima



*Mon. Fiedlern.*



ssima Spiritus sui aura dirigere, Eandemq; ad exoptatum portum  
perducere benignissime velit!

THESIS I.

Præmitit Quæstionem Præjudicialem,  
An DOS sit Lucrum?

Prinsquam de LUCRO DOTIS ulteriorem instituamus disqui-  
sitionem, merito in antecessum de Quæstione illa an sit? sive an de-  
tur *Lucrum* in dote? nos oportet esse sollicitos, cum frustraneus fo-  
ret omnis labor de ipsa materia susceptus, nisi prius certiores simus  
de *Lucri dotis existentia*; non *Entis enim nulla sunt qualitates, nulla*  
*affectiones*, juxta illud vulgare Philosophorum Axioma. An autem  
detur & proprie sit LUCRUM in DOTE? multum nobis interest id  
scire propter plures Conclusiones ex eo resultantes & varie quidem  
Interpretes nostri Juris sentiunt, *Bald. in L. 8. de condiç. indebit. &*  
*Jason. in L. 10. §. 1. ff. sol. matrim.* dicunt: Non esse merum Lu-  
crum, quoniam est annexum oneribus matrimonii, & a causa one-  
rosa trahit originem: inferens ex hoc quod si Vir concurrat cum  
aliquo, qui agat de damno evitando, debet ei præferri, quoniam vi-  
detur agere, non ut lucrum capiat, sed ut damnum evitet, quando-  
quidem lucrum non haberet, nisi onera matrimonii sustinisset *l. 11.*  
*§. 4. ff. quod fals. tutor. auctor. gest. esse dic. Bald. & alij Dd. ad l. 9.*  
*§. ff. de condiç. caus. dat. caus. non sec. & l. 34. §. 5. ff. de legat. 2. di-*  
*cunt non esse lucrum sed quandam oneris renumerationem, l. 27. l.*  
*34. pr. ff. Se donat. l. 1. §. lucrativas C. de impon. lucr. descript.* Ex  
adverso autem quod Lucrum dotis proprie sit lucrum, & quod in  
dubio pro Marito sit judicandum, tanquam agenti de lucro, tradit  
rectissime *Decius in l. 5. circa fin. C. de Inst. & Restit. Paris. in Consil.*  
*127. vol. 1. Alexander ad L. 44. §. 1. solut. matrim.* Dicunt enim  
Dd. causam finalem hujus lucri esse ipsum matrimonium, & Virum  
id considerare pro causa proxima & immediata, onera autem pro  
remota & impulsiva, *Soc. in Consil. 233. lib. 2. Jas. Consil. 115. & 135.*  
*vol.* Et quod hoc lucrum non potest dici delatum propter onera  
vel ex causa onerosa, exinde apparet, quoniam defertur post solu-  
tum matrimonium, quo tempore cessant ejus onera vel finitur  
causa onerosa. Et sane negandum non est, quin vere dicatur  
respe-



respectu sui lucrum, quia conceditur in rei veritate propter illum publicum favorem matrimonii contrahendi: ut nempe homines eo citius contrahant matrimonium, & propter ipsum factum matrimonii contrahendi; hinc quoque plerisque, qui ex scientiæ amore pauperes de divitibus facti, in ore ac voto solet esse illud Proverbium: Ein reiches Weib bringet alles wieder. Stante itaque hoc, sequitur quod proprie dici debeat lucrum, quia ad factum, cujus causa datur, non habet aliquam proportionem, sicut habent fructus dotis ad onera matrimonii, vel pretium ad rem venditam. *vid. hac de re latius Roland. a Valle de Lucr. dot. qu. 4. n. 9. & 19. Phanucc. de Phanucc. in tr. de lucr. dot. gl. 8. n. 1. & 8. ibiq; allegati.*

### THESIS II.

Visa jam quaestione an sit, ordine ducimur quid sit? Quanquam autem potior quidem rerum, prior tamen verborum cura esse debeat; teste Rittersh: in præfat. Paratit. feudal. Præitore enim JCTO Ulpiano in l. 1. ff. de reb. credit. Verborum significatio præcedere debet Rei, seu ipsius Materiæ Explicationi, cum Nominis appellatione ipsa quoque res significetur l. 4. ff. de V. S. nec rem satis intelligere, qui verba prius non cognoverit, elogium est Georg. Obrecht. de F. Feudal. lib. 1. cap. 4. n. 3. eo, quod turpe judicetur, prius velle terminare, quam terminum intelligere: Constat vero Rubrica Disputationis nostræ tribus vocabulis: Prius quod attinet, LUCRUM scilicet descendit a luendo inquit Varro lib. 4. Lingv. Latin. si amplius ex eo luerit emptor quam quanti res esset. Aliis origo lucri eadem videtur cum Lucar, teste Becmann. de Orig. Lat. Lingv. pag. 638 Lucrum autem est nomen generale l. 7. & 8. ff. pro socio, Variè enim ex circumstantiis accipi constat, ex iis quæ refert Alciat. l. 137. §. 2. ff. de V. O. Generaliter lucrum accipitur, pro omni accessione gratuita vel onerosa, l. 25. §. 1. ff. de O. & A. l. 22. §. 3. ff. solut. matrim. Maxime autem id lucrum esse intelligitur, quod omni damno deducto superest, l. 30. ff. pro soc. Vultej. in Jurispr. Roman. lib. 1. cap. 37. pag. m. 203. §. 2. Inst. de Societate, Calv. in Lexic. Jurid. p. 544. Schard. in Lexic. suo jurid. p. 573. sub hac voce.

### THESIS III.

Sed missis hisce migramus ad vocabulum dotis, ubi primum occurrit ejus Etymologia. Satis superque enim notum est Vocabulum dotis derivare solere Dd. a Græco verbo δίδωμι, vel δίδω quod

A 3

quod



Mons. Fiedler.



quod do, tribuo, largior, dono significat, unde *δοῖν, δόμα, δόσις*, datio, donum. *Bachov. ad Treutl. Disp. 7. th. 1. lit. A. vol. 2. Varro lib. 4. de Lingv. Latin.* Alii deducunt a dando, quoniam dabatur, unde & Acron. Interpres Horatii, dotem definit; esse donum puellarum nubentium.

#### THESIS IV.

Quod Homonymiam concernit, varias habet significationes, quandoque significat titulum seu causam transferendi *l. 1. l. 56. §. 1. l. 76. ff. de jur. dot. l. 20. C. eod.* quandoque jus habendi rem in maritum translatum *t. t. ff. C. de jur. dot.* quandoq; res seu subjectum quod datur *in l. 40. §. seqq. ff. solut. matrim. Magnif. Dn. Struvius Sereniff. Aula Vinariensis Camera Director & Consiliarius Eminentissimus in Syntagm. Jur. civil. Exerc. XXX. Th. 2. Excellentiss. Dn. Eckolt. pia memoria, Comm. ad ff. tit. de jur. dot. §. 1. pag. m. 331.* interdum significat id quod nobis præcipuum est, sive a natura sive ab hominibus conceditur; ita dicimus hic juvenis habet egregias animi dotes, Deinde accipitur pro omni accessione ad sufficientiam rei alicujus vel personæ necessaria *l. 52. §. 2. de fidejuss. & mandat.* Ubi Dd. ad hunc titulum, dotes prædiorum explicant, quod sint Impositiones ut stercora, boves aratorii, aratra, Ligones, pedamenta, Vimina, stabula, casæ, rastra, sacci, dolia & id genus alia prædiis destinata *l. 2. §. 1. l. 20. §. 1. ff. de instruct. vel instrum. legat. l. 34. §. 1. de legat. 2. ita & Varro lib. 4. de re rustica Vineam cum sua dote dicit, quod Treutl. Disp. 7. vol. 2. th. 1. lit. A. explicat, cum suis accessoriis.* At Jureconsultis proprie loquentibus dos significat id, quod oneribus matrimonii ferendis constituitur: Et interdum in CONCRETO accipitur significatque pecuniam vel quamcunq; rem dotalem: ut cum quis dotem dare dicitur aut numeraret, *t. t. C. de dot. caut. non nu. Beust. de dote cap. 2. Wesenb. in Patatit. de jur. dot. n.* Interdum sumitur in ABSRACTO & significat jus, quo res aliqua dotalis est, cum dicitur pecunia doti destinari & dotis fieri *l. 71. §. ult. ff. de condiçt. & demonstr.* Interdum etiam dotis nomine accipitur & denotat jus repetendæ dotis soluto matrimonio *l. 1. §. 9. ff. de dot. praleg. Confer. Meier. in Colleg Jur. Argent. de jur. dot. th. 1. vid. latius Anton. Gubert. Costan. de dote cap. 2. n. 1. 2. & 3. Phanucc. de Phanucc. in tr. de lucro dot. in Rubr. n. 1. 2. 3 & seqq. pag. 3. seqq.*

THES,



THES. V.

Synonymiam ejus quod attinet, videmus DOTEM in jure nostro aliter atque aliter appellari; Vocatur (1) Proprium mulieris patrimonium *l. 3. §. 5. ff. de Minor.* (2) Propria mulieris substantia *l. 12. pr. C. qui pot. in pign.* Germanice appellatur & Nostratibus audit: *Ehesteuer/ Mitgift/ Eheschaz/ Heimsteuer/ Ehegeldt/ Brautschaz/ Heyrathguth/ der Frauen Einbringen.* De tertio vocabulo scil. DOTALITIO infra *Tb. XXVIII. & seqq.* dicemus.

THES. VI.

Considerata hactenus definitione Nominali, Realem jam considerabimus; Cum omnis Disputatio, quæ a ratione suscipitur de aliqua re, a definitione proficisci debeat, ut intelligatur quid sit id, de quo disputatur. Et quemadmodum omnis definitio in jure Civili periculosa est; teste *Ulpiano in l. 202. ff. de R. J.* hinc etiam hactenus ab Interpretibus Juris tam recentioribus quam vetustioribus investigatum fuit, quomodo DOS definiri debeat aut possit. Reperiuntur autem passim variæ definitiones e Doctoribus traditæ; Aliter enim eam definit *Bald. Novellus in tr. suo de dote part. 2. n. 1. aliter Constant. Roger. in suo tr. de dot. in pr. n. 15. aliter Campey. in suo tr. de dot. quest. 1 & 2. aliter Corrasius in Præludiis ad l. 19. ff. de Rit. nupt. n. 69.* Quorum definitiones recitare supersedemus, cum præcipua disceptatio sit inter *Dd. de definitione Azonis & Bartoli* tantum. *Azo in sua summa C. de jur. dot. breviter dicit, quod dos sit id, quod a muliere vel ejus Patre marito vel ejus patri, propter onera matrimonii datur, ut perpetua penes eum sit. Sed Bartolo hæc definitio non placet, quia secundum eum, etiamsi nihil detur, vel tradatur, dos tamen possit constitui, ut quando Maritus debitor liberatur per acceptilationem, gratia dotis constituendæ l. 41. §. l. 43. ff. de jur. dot.* Unde ipse aliter definivit dotem *in rubr. l. 31. §. 1. ff. sol. matrim. n. 21. n. inquit: Quod Dos sit quoddam jus in se continens id, quod a muliere vel ejus patre, marito, vel ejus patri traditur, vel pro tradito habetur, propter onera matrimonii sustinenda; Sed quicquid sit, in hisce hæere nolumus, sed potius eos, qui plura de his differentiis scire satagunt, remittimus ad supra allegatos Autores.*

THES. VII.

Nos itaque in tanta Doctorum varietate, describimus DOTEM cum *Beustio cap. 2. de dote QVOD SIT RES TRADITA VEL PRO-*



*Mons. Fiedlern.*



PROMISSA MARITO A MULIERE, VEL QUOCUNQUE ALIO, OB CAUSAM MATRIMONII. Hæc definitio constat ex Genere & Differentia. Generis loco posuimus REM, Rei enim Verbum generale est *l. 1. ff. de reb. cred. si cert. pet.* Omnis ergo res, quæ in dotem datur, sive sit mobilis, ut pecunia, sive immobilis, ut fundus aut domus *l. 42. de jur. dot. l. 30. C. eod. l. un. C. de R. U. A.* sive corporalis ut vacca, quæ plerumque inter rusticos in dotem dari solet, sive incorporalis, ut est ususfructus *tot. tit. Inst. de reb. corpor. & incorporal. l. 7. §. 2. l. 66. l. 77. ff. de jur. dot. l. 13. §. 10. ff. de hered. perit. l. 2. C. de O. & A. l. 6. C. de usufr. recte dos dicitur. Ad dicitur in definitione: tradita vel promissa marito, quia non tantum dos data sed & promissa proprie dos nominatur, per textus satis expressos, *l. 11 C. sol. matrim. l. 43. §. 1. ff. de administr. tutor. l. 1. §. 1. ff. de Collat. dot. l. 6. C. de dot. promiss. l. 9. C. de pact. Convent. l. 2. B. de Collat. Costan. de dot. cap. 2. n. 12.* Deinde dicitur in definitione a muliere vel quocunque alio, propterea, quod appellatione mulieris comprehenditur virgo viri potens *l. 13. pr. ff. de V. S.* Et quod non tantum pater, avus, vel frater, & similes personæ mulieri sanguine junctæ, possint ejus nomine dotem tradere vel promittere, sed quod etiam hoc ipsum extraneus facere possit *l. 6. pr. ff. de condict. caus. dat. caus. non secut. & perinde esse ac si mulier ipsa dotem obtulisset. l. 9. C. de pact. Conv. in fin.* Quemadmodum si alius pro marito dotem accipiat, maritum accepisse censendum est *l. 3. §. 13. fin. ff. de donat. int. vir. & uxor.* & ideo perinde eum obligatum, ac si ipse accepisset. *l. 19. ff. de jur. dot.* Differentiæ loco ponitur; ob CAUSAM MATRIMONII. Dos enim datur tantum ob causam matrimonii, ut maritus onera ejus sustineat. *l. 20. C. de jur. dot. ibiq. gloss. Jason. ad l. 9. ff. de cond. caus. dat. caus. non sec. Ruland. a Valle de lucro dot. quest. 4. n. 10.* Quod in aliis rebus est, quia earum datio solet fieri ob varias & diversas causas; Et licet interdum dos oneribus matrimonii non deserviat, cum matrimonia possint esse sine dotibus *l. 11. pr. §. 1. C. de repud. sed non dotes sine matrimoniis l. 3. ff. de jur. dot. l. ult. 20. pr. C. de donat. ante nupt.* tamen cum jura soleant adaptari ad ea quæ frequenter accidunt, & frequentius ineantur matrimonia constituta dote, quam sine dote, satis est, definitionem secundum communiter contingentia, & regularem naturam rei definitæ procedere. *Panorm. in rubric. de judic. n. 1.**

THES. VIII.




THES. VIII.

Nunc ad divisiones progrediendum erit: Dividitur autem dos in *veram & putativam* seu *opinatam* l. 22. §. 13. *fin. ff. solut. matrim.* quæ cum revera dos non sit, esse tamen putatur quod accidit, quando matrimonium non subsistit §. 12. *Inst. de nupt. &* tamen hæc iisdem gaudet privilegiis, quam dos vera *per alleg. l. 22. §. fin. ff. sol. matrim.* Deinde Dos alia dicitur *promissa* tot. tit. C. de dot. *promiss.* Alia *cauta* seu *confessata & non numerata* tot. tit. C. de dot. *caut. & non numer.* quæ scilicet nondum est soluta, ipse tamen maritus eam se accepisse in Scriptura fatetur, l. 3. C. de dot. *caut.* Alia *numerata* seu *data*, quam maritus revera accepit. Deniq; Alia appellatur *Profectitia*, Alia *Adventitia*. PROFECTITIA illa dicitur, quæ ab ipsa muliere vel patre ejus, cujus proprium est dotare filiam l. 7. *ult. C. de dot. promiss.* proficiscitur l. 5. *pr. ff. de jur. dot.* sive ipse Pater det, sive alius pro eo & ejus nomine dedit, quia non jus potestatis, sed parentis nomen dotem profectitiam facit, *per alleg. l. 5. §. 2, 11 & 12. fin. ff. de jur. dot.* ADVENTITIA vero dicitur, quæ non à Patre, sed ab aliis vel propinquis vel extraneis datur, qualis etiam putatur, quæ à muliere constituitur, *per dict. l. 5. §. 11. ff. de jur. dot. l. un. §. 13. C. de rei uxor. Act. Ulpian. in fragm. tit. 6. §. 3. de dot. Dn. Struv. Exerc. XXX. tb. 4. Dn. Eckolt ad tit. ff. de jur. dot. §. 2. Dn. Odofredus in tr. suo de dot. restitut. n. 4. cum seqq. & n. 40. usque ad finem.* Porro Dos est vel *æstimata*, vel *inæstimata*, & dicitur *ÆSTIMATA* dos, quando certum aliquod pretium rebus dotalibus assignatum, & sic plenissimum Domini jus maritus consequitur, ita ut omne commodum & periculum ad eum pertineat l. 42. *ff. l. 5. 10. C. de jur. dot. &* in casu restituendæ dotis non res ipsas, sed pretia, quibus taxatæ sunt, reddere teneatur, nisi pacto vel de rebus ipsis restituendis convenierit, vel mulieri electio, utrum rei æstimationem petere velit, data sit, l. 5. & 21. C. d. t. l. 10. *in pr. & §. fin. ff. eod. Dn. Dn. Brunnem. in Comment. C. ad l. 5. l. 10. & 21. dict. tit.* INÆSTIMATA autem, quando nullum certum pretium adjectum est, sed absque æstimatione marito traditur. l. 75. *ff. de jur. dot. l. 30. C. eod.* Dividitur quoque Dos in *Congruam & Incongruam*. Congruitas autem dotis an adsit vel non, non tantum pro modo facultatum & numero liberorum, sed & pro ratione aliarum circumstantiarum, ut pro qualitate personarum,

B

narum



Mons. Fiedler.





narum, statu & dignitate nubentium, more regionis & consuetudine familiae aestimanda est, l. 60. l. 69. §. 4. ff. de jur. dot. Magnif. Dn. Richt. part. 3. Consil. 13. n. 38. quae explicata facile cognoscenda venit *Incongruitas*, cognito enim uno Contrahentium; etiam cognoscitur alterum. Denique est vel *Necessaria* vel *Voluntaria*. **NECESSARIA** est, quam Lex imperat, **VOLUNTARIA**, quae ultrò datur.

**THES. IX.**

Hisce Expositis iusto jam ordine, sine quo nihil rectè agitur *Schneidew. ad rubr. Inst. de hered. qua ab intest. defer. n. 1.* & quò non servatò sequitur confusio *Angel. ad l. 1. §. 15. ff. de oper. nov. nunciat.* Modum constituendi dotem, paulò fufius describere fas erit; Et differt modus constituendi ab eius *promissione*. Constituitur autem variis modis nempe vel **NUDA POLLICITATIONE** ex sanctione l. 6. C. de dot. promiss. licet stipulatio minime fuerit subsecuta, quia l. un. §. 1. C. de R. U. A. constitutum, quod hodie semper promissioni dotis credatur inesse stipulatio, & quanquam alias nudum pactum actionem non pariat, tamen Speciale est, ut pro exigenda dote comperat actio ex stipulatu, cui annexa tacita hypotheca, *Magnif. Dn. Struv. Syntagm. Jur. Civil. Exerc. XXVI. Tb 25. addè Dn. Straub. Exerc. 3. tb. 10.* Vel **ULTIMA VOLUNTATE** & quidem in testamento l. 48. §. 1. ff. de jur. dot. l. 71. §. 3. ff. de condit. & demonstr. **MORTIS CAUSA DONATIONE ET CODICILLIS** l. 76. ff. de jur. dot. Vel **INTER VIVOS** & quidem **TRADITIONE** seu **VERA** l. 10. C. de pact. l. 46. pr. ff. de jur. dot. seu **FICTA** ut cautione scilicet, si is qui alteri in suo fundo dotis nomine usumfructum vult constituere, caveat per se non fieri, quo minus ille hoc fundo utatur fruatur, l. 3. §. 2. ff. de Act. empt. & vendit. l. ult. 20. ff. de servit. **CES- SIONE** si quis profiteatur, se alteri dotis nomine usumfructum cedere *Ulpian. infragn. tit. 19. de domin. & acquisit. rer. §. 2.* **PATIEN- TIA**, ut, si quis permittat alterum dotis nomine fundo suo uti frui d. l. ult. 20. ff. de Servit. **ACCEPTILATIONE** l. 41. §. 2. l. 43. pr. ff. de jur. dot. l. 10. §. 14. qua in fraud. creditor. **DELEGATIONE** l. 2. C. de O. & A. l. 56. pr. l. 78. §. ult. 5. ff. de jur. dot. **SIMPLICI DEBITI REMISSIONE** l. 58. §. 1. l. 59. pr. l. 77. ff. eod. tit. Promittitur vero **STI- PULATIONE** l. 20. & 21. ff. de jur. dot. l. 1. & 2. C. eod. tit. **TACITE** quoque **DOS** interdum constituitur & renovatur: veluti si mulier à Ma.




à Marito divertens priusquam ab eo dotem exigat, rursus cum eo in gratiam revertatur l. 13. l. 30. l. 40. l. 64. ff. de jur. dot. l. 19. l. pen. 66. §. 5. ff. solut. matrim. Plura qui desiderat, potest videre Meier. in Colleg. Argentor. ad tit. ff. de jur. dot. part. 1. tb. 10. Treutler. vol. 2. Disp. 7. Tb. 5. Notandum autem est, quod in jam recensitis dotium constitutionibus, semper insit & intelligatur, tacita illa conditio, SI NUPTIÆ VEL MATRIMONIUM SEQUANTUR, l. 21. l. 43. pr. ff. de jur. dot. quia nuptiis & matrimoniis non subsecutis, evanescit dotis promissio per alleg. l. 43. Sic & constitutio Dotis in fraudem creditorum nulla est, l. 10. §. 14. l. 25. fin. §. 1. ff. qua in fraud. creditor.

THES. X.

In Germaniâ nostrâ usitatissimum est, dotes constitui per pacta dotalia vulgò die Ehestiftungen super quibus pactis solet confici instrumentum dotale, in quo fit dispositio de quantitate dotis promissæ, LUCRO, MODO, ÆSTIMATIONE &c. l. 1. §. 1. tot. tit. ff. de pact. dotal. Ea; vel in vim ultimæ voluntatis coram quinque testibus facta teste Habn. ad Wesenb. de pact. dotal. n. 4. de futurâ simul conjugum successione disponunt, & jure civili improbantur l. ult. 16. ff. de suis & legis, heredib. l. 3. C. de collat. l. 15. l. 19. C. de pact. Moribus vero hodiernis valent, si tamen ad instar ultimæ voluntatis concepta fuerint, revocari etiam altero conjugum invito & ignorante possunt, Coler. part. 1. Decis. 37. n. 4. Excellentiss. Dn. Philipp. lib. 3. Usu Pract. Inst. Eclog. 95. Struv. in Syntagm. Jur. Civ. Exerc. XXX. Tb. 19. Et sic quotidie etiam à Collegiis Juridicis pronunciari solet, uti pluribus tradit Carpzov. p. 2. Const. 49. def. 1. & seqq. Secus sese res habet, si illa pacta per verba contractus & Donationis, in vim obligationis concepta sunt, nam tunc alter conjugum sine alteriq; requisitione & consensu ea mutare & revocare haud valet Gail. lib. 2. Obs. 126. Berlich. part. 2. Concl. 51. n. 25. Kohl. de pact. dotal. part. 2. n. 59. & 76. Ita responderunt Scabini Lipsienses M. August. anno 1629. ad requisitionem Balthasaris Knors zu Merseburg / PP. So verbleibet es bey solcher Ehestiftung billig / uund es ist dieselbe der Ehemann durch ein Testament oder andern letzten Willen / seines Gefallens / aufzuheben und zu ändern nicht befugt / B. N. W. Denique & si pacta dotalia non adsunt, tunc secundum consuetudines & statuta, quæ nihil aliud sunt quam leges loci, eos, qui in illo loco degunt, obligantes Treutl. vol. 1.

B 2

diff.



Mons. Fiedler.



*diff. 1. Tb. 10. & ibid. Bachov. lit. C. Reyg. in suo thesaur. jur. verb.*  
STATUTUM, cujusvis regionis aut loci judicandum est, *teste Zobel.*  
*de different. jur. civil. & Saxon. part. 2. differ. 20.*

THES. XI.

Quoniam non pauci inveniuntur, qui de DOTE exactè scripserunt & disputaverunt, propterea non immerito illud huc repetere superfedemus, ne B. L. nauseam creemus, sed potius secundum Rubricam nostram videmus quid LUCRI ex ea respectu *Mariti* tam jure civili, quam Saxonico, præprimis autem statutis vel mediantibus pactis dotalibus Ditionum nostrarum proveniat,

THES. XII.

Jure Civili mortuâ uxore & soluto matrimonio Maritus ejus dotem non lucratur, sed quoniam a patre ea profecta & illi data vel promissa fuit, revertitur quoq; ad patrem sive in potestate fuerit nec ne si per acta dotalia aliter provisum non fuerit, *l. 4. C. sol. matrim. l. 10. pr. ff. eod. l. 6. ff. de jur. dot. l. un. §. 2. 6. 13. in fin. C. de R. U. A.* Quod procedit etiam si uxor defuncta liberos reliquerit *Barthol. in not. ad l. 4. C. sol. matrim. Dn. Ungep. Exerc. 7.* Ut enim propter liberos maritus dotem retineat pactis opus est, *l. 48. ff. sol. matr. l. 12. pr. l. 26. §. 2. ff. de pact. dotal. l. 7. C. de pact. convent. &* hanc sententiam approbant *Fachf. diff. 34. Reinbard. part. 1. differ. 35. Campez de dot. part. quest. 152.* dicens; eandem magis communem esse. Quod & eo casu procedere putant, quando primum Maritus & deinde uxor moritur, ut per multas auctoritates probat *Brunor. de Sole in Loc. comm. verb. Dos n. 8.* Contra vero & quidem rectius *Petr. de Ferrar. in Pract. Papiens* cum multis per eum allegatis defendit, dotem ad liberos non ad patrem reverti, quo etiam inclinatur *Anton. Faber lib. 1. Conject. c. 16.* qui dicit; hanc sententiam ut æquiores de consuetudine observari. Quod & placet *Thoming Decis. 29. n. 28. Hackelm. in Illustrib. quest. Diss. Tb. 19.* asserit eandem per totam fermè Europam receptam esse: Nos in hâc controversiâ faciles erimus, & potius ad planiorem disquisitionem alius relinquimus; Interim tamen posteriorem sententiam amplectimur.

THES. XIII.

Jure Saxonico verò aliter se res habet; De hoc enim jure post mortem uxoris, usu & consuetudine Maritus, nisi pro rata legitimæ libe-



liberorum teste *Dn. Carpv. part. 3. Const. 11. def. 31. n. 13.* Integram  
ejus dotem in pecunia numeratà vel aliis mobilibus existentem, præ-  
ter utensilia, lucratur, *per text. in Landrecht lib. 1. Art. 31. ibi, Denn*  
*alsbald das Brautbette beschriften ist / ut & Art. 45. lib. 3. Art. 75.*  
*post pr. nisi in pactis aliter sit conventum.* Id ipsum attestantur  
quoq; *Beust. de jur. connub. p. 2. cap. 67. & p. 3. cap. 5. Schneiduv. ad*  
*§. 1. Inst. de Fidejuss. n. 12. & ad §. 29. Inst. de Action. n. 109.* Imo non  
aliter, quam si mulier ante eum moriatur, *Const. Elect. Aug. 21. 22.*  
*part. 3.* Nam si supervivat potest illata repetere, *Const. 20. p. 3. &*  
quidem hoc procedit (1) etiamsi dos simpliciter sine die certa pro-  
missa sit, & uxor ante dotem promissam & non solutam decedit,  
nam & tunc Maritus dotem ita promissam & nondum solutam post  
obitum uxoris exigere potest *Andr. Gail. lib. 2. Observ. 79. n. 1 & seqq.*  
*Rauchb. lib. 1. qv. 31. n. 5. 6. 7. & suqq. Roland. à Valle in tr. de lucr.*  
*dot. qv. 5. n. 4. 5. 6. & seqq. Carpvov. in Jurispr. for. p. 3. Const. 23.*  
*def. 3. ubi videri possunt Præjudicia (2) Supra dicta assertio principa-*  
liter ampliatur, & maritus dotem uxoris lucratur, etiamsi dos non  
purè, sed in diem, puta, ut intra annum & diem &c. solvatur pro-  
missa sit, & uxor ante diem decedat. Et quamvis de hõc casu magna  
lis & controversia sit inter *Dd. juris*, nonnullis opinantibus, quod  
Maritus hõc in casu dotem in diem certum, si uxor ante diem dece-  
dat, non lucretur, veluti ita expressè præ cæteris tradit *Thoming. Decis.*  
*29. n. 1. & seqq. per tot. ubi ita in Scabinatu Lipsiensi d. 29. Jan. Anno.*  
*1573. pronunciatum restatur, quem sequitur Coler. in Process. Exe-*  
*cutiv. p. 1. c. 3. n. 262. ibiq; allegati.* Sed Contrarium & Sententia *Ber-*  
*lichii p. 3. Concl. 29. n. 29. seqq. us & Hartm. Pistoris quest. 7. n. 9. 10.*  
*seqq. lib. 3. qui elegantè Rationes Thoming. & Coleri refutat, nobis*  
magis arridet, & longè verius videtur, quod nempe maritus indi-  
stinctè dotem, sive ea jam antea sive post mortem patris filiz assigna-  
ta, & ejus patrimonio incorporata, per matrem tamen vel Curato-  
res in diem certum solvere promiserit, lucratur, *Dan. Moller. ad*  
*Const. Elector 19 p. 3. n. Petr. Heig. lib. 1. qv. 33. n. 6. 46. 47. & 48.* Notum  
autem est quod jus, quod ex promissione in diem debetur, etiamsi sti-  
pulator ante diem moriatur, ad hæredes transmittatur *§. 2. Inst. de V.*  
*O. l. 5. pr. & §. quand. dies legat. ced. l. un. §. 1. C. de caduc. tollend.*

B 3

Rauchb.



Mons. Fiedlern.



p. 1. d. qv. 31. n. 6 Cur non ergo etiam dos in diem promissa ad maritum superstitem, qui uxoris ante diem defunctæ est heres mobilis, Peck. de testam. lib. 1. c. 45. n. 13. Rauchb. cit. loc. n. 51. Dos enim in diem certum promissa, nihil aliud est quam nomen in diem debitum, Atqui Maritus omnia nomina in diem debita, quæ uxor reliquit, lucratur etiamsi dies nondum venerit, Novell. Elect. Aug. p. 3. Const. 23. §. ult. Carpz. in Jurispr. Forensi ad dict. Const. Elect. 23. p. 3. def. 5. ubi Anno 1631. M. April. in causa Nicolai Elebs zu Treben ita responsum fuit: Habt ihr ohngefahr vorm Jahre Eure Tochter Annen Nicol Enden ausgestattet / und demselben 400. fl. uff Fastnacht Anno 1632. mitzugeben und auszuzahlen versprochen. Ob nun wohl Eure Tochter den Dienstag in Fastnacht dieses 1631. Jahrs / und also lange vor dem Zahlungs-Termine Todes verblieben / etc. Es ist doch bemelter Euer Eydam die versprochene Mitgift von Euch zu fordern wohl befugt / etc.

THES. XIV.

Ulterius Maritus bona immobilia æstimata in dotem data lucratur, nec defunctâ uxore, ejus heredibus restituere tenetur, Wesenb. in parat. ff. de jur. dot. n. 8. & 9. cum æstimatio faciat emptionem, venditionem, & Maritus ipsum pretium, non ipsum fundum in dotem accepisse præsumitur, & ita merito illa bona immobilia lucratur, at in specie tradit Matth. Coler. p. 2. Decis. 286. n. 282. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 74. Berl. p. 3. Concl. 29. n. 74. Quod nec mirum alicui videbitur, quum vivente etiam uxore, Maritus sit Dominus bonorum horum immobilium, EX NATURA scilicet ÆSTIMATIONIS, quæ ipsum statim Dominium in maritum transfert l. 10. §. 4. & 5. l. 16. ff. de jur. dot. l. un. §. 9. C. de R. U. A. Sic quoq; in Praxi observatur & quotidie pronuntiatur, teste Dn. Carpzov. in Jurispr. for. p. 3. Const. 23. def. 26. ibi possunt videri præjudicia. Quod verum est si ab initio tempore traditionis vel constitutionis dotis æstimatio facta sit, secus si ex intervallo postea constante matrimonio bona immobilia æstimentur. Didac. Covarr. practic. Concl. 28. Jacob. Menoch. lib. 3. præsumpt. 74. num. 23. Quia æstimatio ex intervallo & matrimonio jam consummato facta, solummodò taxationis causâ ad conservandam inter liberos æqualitatem & commodè instituendam divisionem, adeoq; necessi-



necessitatis causâ adhibitâ censetur, l. 3. C. commun, divid. Quæ æsti-  
 matio ex necessitate facta emptionem venditionem non inducit,  
*Amad. de Pont. quest. 28. num. 13. & seqq. Andr Rauchb. part. 2. quest.*  
*29. num. 22.* Et si aliter diceretur, saperet hæc æstimatio, consumma-  
 to jam matrimonio facta, naturam donationis, quæ inter virum &  
 uxorem prohibita est, l. 1. §. tot. tit. ff. de donat. int. vir. & uxor.  
 Hoc modo etiam pronunciari solet teste B. Carpzov. in *Jurispr. for.*  
*dict. Const. 23. def. 27.* ibi in causa Joseph Fürstens Erben zu Breßo  
 lau Anno 1623. pronunciatum fuit, PP. Diereit aber dennoch an-  
 geregte Güter in mehrberühret Erbvergleichung/ allein zu dem En-  
 de æstimiret/ und uff ein gewisses angeschlagen worden/ damit zwis-  
 schen dem Weibe und dero Brüder eine Gleichheit gehalten wer-  
 den möchte/ und nicht zu befinden/ daß die Güter ihrem Ehemanne  
 Joseph Fürsten æstimato zugebracht worden/ und die æstimatio  
 flugs anfänglichem geschehen/ &c. So hat auch obgedachtes Joseph  
 Fürstens Ehemelb bemelte Güter/ uff ihren Sohn alleine gebracht  
 und verfället/ und der Ehem. hat daran keine Forderung V. N. W.

THES. XV.

Porro Maritus lucratur dotem (1) ubi certe dos non est constituta,  
 sed dotis quantitas fuit collata in arbitrium Mariti, & uxor ante-  
 quam Maritus arbitretur, decedet, modo Maritus post obitum uxo-  
 ris arbitretur, & certam quantitatem exprimat, si vero & ipse Mari-  
 tus, antequam arbitratus fuit, vitam cum morte commutat, tunc ejus  
 heredes arbitrari, & dotem lucrari non possunt, nisi Maritus justa ali-  
 qua ex causa impeditus fuerit, quo minus arbitratus fuisset *Bald. in*  
*l. 3. C. de dot. promiss. n. 1. vers. pone quod vir debet lucrari dotem; Ja-*  
*son. in l. 9. §. 1. ff. de cond. caus. dat. caus. non sec* (2) Maritus simi-  
 liter lucratur dotem, quando scilicet uxor in casum mortis suæ do-  
 tem fratribus suis vel eorum heredibus pacta est, fratres autem & eo-  
 rum heredes ante uxorem mortui sunt, nam & tunc mortua uxore  
 Dos non ad alios fratrum consanguineos proximos devolvitur, sed  
 eam Maritus lucratur, *Modest. Pist. Consil. 1. quest. 2. vol. 1. n. 28.*  
*& seqq. Berl. p. 3. Concl. 29. n. 36.* (3) Procedit etiam in dote præ-  
 sumpta, puta, si Dos erat data primo Marito, quæ præsumitur data  
 secundo, *Brunor. à Sole in Loc. comm. verb. Dos num. 7. & 16.*  
*Bald. in l. 4. C. de jur. dot. n. 7, & in l. 15. C. eod. n. 2.* (4) Mari-  
 tus



Mons. Fiedlern.





tus lucratur dotem propter adulterium Conjugis, *Nov. 22. cap. 22. de Nupt. l. 8. §. 5. C. de repud. nisi lenocinio viri adulterata fuerit, l. 47. ff. sol. matrim.* vel nisi ipse maritus etiam adulterium commiserit, quo casu fit compensatio *l. 39. ff. eod.* quia iniquum est ut Vir pudicitiam ab uxore exigat, quam ipse non habet, ut inquit *Jetus in l. 13. §. 5 ff. ad Leg. Jul. de adult.* Quando ergo uxor de adulterio convicta est absq; lenocinio, tunc Maritus propter adulterium à conjugē commissum, non tantum lucratur dotem, sed & donationem propter nuptias & paraphernalia *juxta gl. communiter approbatam cap. plerumq; 4. in vers. non valebit circ. fin. X. de donat. int. vir. & uxor ubi Canonista.* Quod de jure communi verum est, quando non supersunt liberi, quando enim liberi supersunt, tunc dos hoc casu debetur liberis & non Marito, *ita est gl. approbata cap. 1. in verb. recipe-rec, in fin. ut lit. non contest. per text. express. in Novell. 117. ut lic. mat. vel av. cap. 2. 8. §. 2. Beust. in tr. de jur. connub. p. 2. c. 21. & p. 3. cap. 6. Prosp. Farinac in sua pr. crim. p. 4. pr. tit. 16. qv. 142. p. 1. num. 2. Urthel post Landr. Tit von peinlichen Straffen und Ehebruch in fin.* Unde fit quod mulier Nobilis in his terris etiam utensilia, Sponsalitiā largitatem & domestica cibaria, die Gerade/Morgengabe/Mußthell / sibi ex bonis Mariti debita propter adulterium perdat, *Andr. Rauch. p. 1. quest. 47. num. 35. & seqq.* At in foro Saxonico, ut rectè notant *Moller. ad Const. Elect. Aug. 21. p. 4. n. 4. Coler. Decis. 176. p. 1. num. 40. Berl. p. 4. Conl. 29. n. 19.* Bona paraphernalia una cum dote uxoris adulteræ Maritum vel defuncto eo ipsius, hæredes lucrari, quod ipsum tamen de mobilibus intelligendum est; Nam si mulier habeat immobilia sive sint dotalia sive paraphernalia, ea ex dispositione Juris Saxonici non ad Maritum, sed ad liberos aliosve heredes transeunt, neq; ex facto & delicto mulieris, ipsis sunt auferenda *Rauchb. p. . qv. 47. n. 8. B. Dn. Carpzov. in Jurispr. for. p. 4. Const. 21. def. 1. num. 12.* Quemadmodum etiam ita Scabini Lipsienses M. Majo Anno 1639 in causa C. A. zu Magdeburg responderunt PP. Uffu Fall angeflagte C. A. des Ehebruchs überführet/ ihr auch der Ehemann nicht allbereit verzeihen hätte/ oder noch verzeihen wolte / so hätte sie sich nach Sächsischen Rechten nicht allein der Mitgift/ sondern auch alles Einbringens und Paraphernal-Güter/ jedoch an Mobilien allein/ so viel derer/ und was Kläger der Ehemann darvon dermahleins nach ihrem Tode zu geswarten



warten gehabt / verlustig gemacht / und möchte ihme / dem Manne / solches durch seines Weibes Untreu nicht entzogen werden /  
B. N. W.

THES. XVI.

Maritus si cum consensu uxoris talia bona venderet, & redigeret in pecuniam, quæ antea fuerunt dotalia; Quæritur an talis pecunia ex immobilibus uxoris redacta, mortua uxore cedat lucro Mariti, vel heredibus ejus? Et prima facie videtur dicendum quod non: Quia regulariter alienatio fundi dotalis, etiam consentiente muliere facta non valet, l. 1. pr. ff. de fund. dot. l. an. §. 15. C. de R. U. A. deinde talis alienatio tendit in præjudicium heredum, qui habent spem successionis, l. fin. 6. C. si cont. jus vel utilit. l. fin. 30. C. de pactis; Jus enim tertio quæsitum adimi nequit, Gloss. l. 1. §. 2 ff. de stipulat. serv. l. 3. ff. de serv. exportand. gl. in l. 9. §. 8. ff. de reb. cred. l. 11. ff. de R. J. Sed contrarium jure meritoq; est statuendum, videlicet talia mobilia, quamvis sunt redacta ex immobilibus mulieris, deberi Marito, non autem defunctæ hæredibus, quoniam statutum Juris Saxonici defert viro omnia mobilia, & intelliguntur regulariter bona cujusq; habito respectu, qualia & quanta sint tempore mortis defunctæ l. 6. C. de inoffic. testam. Et talis pecunia redacta ex re dotali non censetur immobilis, sed mobilis, & sic cedit Marito non heredibus defunctæ l. 78. §. 4. ff. de jur. dot. Liberum quoq; est cuicunq; Domino bona sua immobilia: nisi sunt AVITA, pro suo arbitrio alienare, dummodo hoc faciat viribus adhuc integris. Weichbild Art. 20. Landr. Art. 52. lib. 1. Huc facit & illud vulgatum: Quod præsens status, non qui olim fuit, vel deinceps futurus est, inspicitur. l. 15. §. 7. ff. qui satisd. cog. Matth. Coler. p. 1. Decis. 57. n. 13. 14. 15. 16. & seqq. Præprimis autem præter consensum Mariti, alius Curator uxori debet adjungi, quo adhibito fraus mariti, quæ unquam præsumi potest, purgabitur, cit. Coler. p. 2. Decis. 286. Berl. p. 3. Concl. 29. n. 91. & 92. Carpzov. in Jurispr. for. p. 3. Const. 23. def. 31. n. 4. ubi a Scabin, Lips. M. Febr. An. 1624. in causa Pauli Schönfelds und Consorten zu Böttfeldt ita pronunciatum fuit.

THES. XVII.

Sed quid si econtra Mulier infert ad Maritum dotis nomine pecuniam & alia mobilia, per hæc autem comparantur per Maritum immobilia; quæritur cui cedant illa bona, an Marito vel  
C here-



Mons. Fiedlern;



heredibus mulieris? Res distinctione expedienda est, & ante omnia videri debet: An talia prædia comparata ex pecunia uxoris sint empta nomine ipsius uxoris & ipsi tradita, quo casu dubium non est, talia prædia muliere defuncta pertinere ad heredes *l. 6. C. si quis alt. vel sibi gl. in l. 25. §. 1. ff. de petit. hered.* Et ita quoq; in Praxi observatur ac in foro Saxonico pronunciatur, teste *Carpzov. in Jurispr. for. Const. 23. def. 29.* ibi Seab. Lips. in causa Hansen und Nicolai der Scherffen zu Weißbach/ Mens. Novembr. Anno 1633. ita judicant: PP. So hat bemeltes Weib ihre unbewegliche Güter/ wofern solche in ihren eigenen Nahmen erkauft worden / auff euch/ als ihre Brüder/ gebracht und verfället/ B. R. W. Si verò talia prædia Maritus ex pecuniâ uxoris suo nomine comparavit, & per traditionem accepit, dicendum est, talia immobilia cedere lucro Mariti, non autem heredum: Emens enim pro se ipse fit Dominus, quantumvis solverit pretium de alienâ pecunia *l. 3. C. si qv. alt. vel. sib. ibiq; Bart.* Nec habent hoc casu uxoris heredes quod conquerrantur de lucro amisso, cum nec pecunia dotalis, non facta emptio- ne ad ipsos pertinuisse Landr. *lib. 1. Art. 31 & lib. 3. Art. 76.* Interim si uxor præmoriatur marito, cur non hoc prædium suo nomine comparatum retineret, cujus vivente etiamnum conjuge Dominus factus fuerat, per text *l. 12. C. de jur. dot. l. fin. 7. C. de serv. pign. dat. l. 24. l. 32. ff. de jur. dot. l. 21. ff. de pact. dot.* Quod nec in foro Saxo- nico aliter se habere demonstrat *Matth. Coler. p. 1. decis. 57. n. 39. & seqq. ut & Dn. Carpz. in Jurispr. for. Const. 23. def. 28.* ita quoq; Seab. Lips. in causa Reinhardi Selbigers zu Trebra M. Jun. Anno 1631. pronunciarunt PP. Ist Euer Ehemweib Todes verfahren/ und hat ein Wohnhaus/ so von ihrer Mitgift und Ehegeld er- kauft worden/ nach sich verlassen/ Ob nun wohl sonst den dergleichen unbeweglich Gut/ wann es von dem Ehemanne in seinem ei- genen Nahmen und für sich selbst erkauft/ und mit dem ihme zu- gebrachten Ehegeld bezahlet wird/ sein Eigenthumb ist/ auch nach seines Weibes Absterben ihme verbleibet/ &c.

THES. XVIII.

Illud hic notatu dignum est, quod deficientibus pactis dotalibus, diligenter considerari & inquiri debeat in dotis repetitione & adju- dicatione de statuto & consuetudine L O C I, ubi Maritus habuit domicilium, & non ubi contractum est matrimonium *l. 65. ff. de*



*dejudic. Campez. de dot. p. 5. qv. 20.* Licet enim regulariter in his quæ ad litis decisionem pertinent, attendatur locus **CONTRACTUS** l. 6. ff. de *Evict.* Tamen hoc fallit in dote, quando tractatur de restituenda vel lucranda dote. Quia mulier est reditura ad domicilium Mariti, & ideo præsumitur ibi contrahere & consentire in statuta istius loci sicut alias quoq; uxor sequitur forum sui Mariti de quo *Bald. ad l. 5. C. de Condit. insert.* Sed hoc casu oritur aliud dubium, videlicet: An statutum *domicilii* **ORIGINIS** vel **HABITATIONIS** Mariti attendendum sit, e. gr. Si in Marito concurrerent duo domicilia, dum ille origine esset Lipsiensis, & post contractum Matrimonium habitasset ibi per aliquod tempus, sed postea mutavisset domicilium, & contulisset se Altenburgum & ibi habitasset cum conjugæ, quæ ibi quoq; mortua esset; Sed in loco *domicilii immutati* non esset tale statutum, quale erat in loco *domicilii Originis*; quodnam domicilium debeat attendi, an statutum *habitationis* mutatae vel *originis*? Canonistæ in hac quæstione tenent, statutum domicilii originis, non mutati domicilii attendendum esse, & moventur *per text. l. 17. §. 4. ff. ad Municip.* ubi dicitur, quod potior sit causa originis. Sed contrarium Salicetus rectius defendit, quem communiter *Legistæ* sequuntur *in l. 1. C. de summ. Trin. & arg. l. 32. ff. de LL.* Quod si concurrant duo domicilia, debet attendi hoc casu domicilium Mariti *habitationis*, non *originis*, quia lucrum dotis delatum, à statuto vel consuetudine, provenit ex morte uxoris, ergo debet attendi statutum loci, in quo uxor habitavit cum Marito & mortua est, *Rol. à Vall. de lucr. dot. quæst. 11. n. 3. Schneidew. ad tit. Inst. de hered. quæ ab intest. deser. & quidem de success. int. vir. & uxor. n. 4. p. m. 423.*

THES. XIX.

De Jure Civili ingens dubium est, utrum statutum de lucranda dote, etiam locum habeat in **SPONSO ET SPONSA** de *presenti* seu in uxore nondum à Marito cognita, vel in domum ipsius traducta. Nam quoad Sponsam & Sponsam de *futuro*, est extra controversiam, statutum in illis cessare, *Mausser. ad tit. Inst. de nupt. pag. m. 307.* Cum eâ in re sint duæ opiniones, una Affirmativa, quam præter *Classicos* sequitur *Job. Campez. de dote qv. 13. & Gail. lib. 2. Obs. 80 n. 3. 4. & 5.* Qui affirmativam veriolem & æquitati maximè consentaneam pronunciat, quod placet & *Menochio lib. 4. præsumpt. n. 4.* Altera negativa quam tuetur *Zobel. p. 3. differ. 11. Maus. cit. loc*

C 2

Beust.



Mons. Fiedler,



*Beust. de jur. connub. p. 2. c. 67. Schneidew. ad Inst. de hered. qua ab intest. defer. tit. de succes. int. vir. & uxor. n. 20. & in §. 29. Inst. de Act. n. 108. Et utraq; communis esse, per Dd. affirmetur, quemadmodum fundamenta & Rationes utriusq; opinionis prolixè refert Roland. à Valle in suo tr. de lucr. dot. qv. 106. per tot. ubi ipse has opiniones concordare nititur, ad quem B.L. remittimus. Posteriores autem sententiam; in pronunciando secundum jus commune sequuntur Scabini in Electoratu Saxonie. Qui de jure communi translatione ad Templum vel domum Mariti, matrimonium consummatum pronunciant. Atque ex eo parti superstiti lucrum ex statuto vel pacto conjugum debitum adjudicant. Consult. Const. Elector. vol. 2 p. 2. quest. 25. n. 2. & seqq. Dan. Moller. ad Const. Elector. 19. p. 3. n. 3.*

THES. XX.

De Jure vero Saxonico hæc concertatio & Disputatio sublata est, quia hoc jure SPONSUS Dotem non prius lucrifacit, nisi consummato matrimonio, quod fit, quando Sponsus conscendit lectum Sponsæ, vulgò Wenn der Bräutigam das Brautbette beschritten hat/ quod ipsum est de formâ & substantiâ hujus juris, nulla attempta deductione, vel carnali commixtione, & ita practicatur & observatur, Sandrecht lib. 1. Art. 3. ibiq; Gloss. Latin. sub lit. G. & melius lib. 3. Art. 45. junct. gl. Latin. lit. E. Quid enim, si mutuò utriusq; consensu, vel morbo aliove casu quopiam inopinato superveniente, vel magicis artibus impeditus, non statim primâ vel secundâ nocte Sponsus carnaliter Sponsam cognoscere potuerit, num propterea defuncto conjugè, superstes portione ex statuto aut pactis dotalibus debita privandus erit? Iniquissimum id esset & contra verba Juris Saxonici Art. 45. lib. 1. & Const. Elect. Aug. 19. p. 3. Quæ non nisi ingressum thori conjugalis requirunt Matth. Coler. p. 2. Decis. 286. n. 235. Berlich. part. 3. Concl. 25. n. 34. Beust. de jur. connub. p. 3. cap. 5. Quod notandum est propter nuptialem illam solennitatem, quâ in his terris utimur, quando Sponso sedenti in lecto adducitur Sponsa, & ad latus ejus ipsi in præsentia amicorum adjungitur, vulgò Wenn die Braut dem Bräutigam ins Bette ist bengeisset worden/ quoniam hic ritus hoc operatur, ut si Sponsa postea subito vel post paucas horas moriatur, quod tunc Sponsus dotem & pleraq; alia pactis dotalibus comprehensa, vel etiam statuto vel consuetudine ipsi debita, nihilominus lucrifaciat, teste Carpzov. in Jurispr. forens.



forens. Const. 19. def. 4. ubi ita in causa Marien Heckendorffin zu  
Deuma Mens. Jan. Anno 1632. pronunciatum fuit: PP. Uffn  
Fall Er aber beygelegen/und das Brautbette beschritten hätte / so  
hättest Ihr Euch / unangesehen der Bräutigam wegen seiner  
Kranckheit Euch die Eheliche Pflicht nicht geleistet/ angeregtes  
Euer Gebührens billig zu erfreuen/ B. N. W.

THES. XXI.

Et notandum est, quod istud lucrum dotis de quo loquimur Ma-  
rito vel Sponso vigore hujus statuti debitum per uxorem vel Spon-  
sam in TESTAMENTO non possit adimi, & alii dari, Ratio, quia  
Uxor vel Sponsa in præjudicium Mariti, cui jam Jus per hoc statu-  
tum & has solennitates quæsitum est, adimi non potest, *Castr. in l. 1.  
§. 12. ff. sol. matrim. Bald. in l. 2. C. de hered. Act. pet. text. expressum  
l. 3. C. de bon. quæ liber.* Maritus enim non venit ad hoc lucrum ex  
judicio uxoris, expressio vel tacitio, sed provisione statuti contra vo-  
luntatem uxoris, & sic eâ invitâ, quapropter non potest in illo per  
uxorem gravamen imponi *l. 6. §. 1. ff. de legat. 3. l. 95. pr. ff. ad leg.  
falcid. eleganter declarat. Bartol. in l. 11. ff. de legat. 1.* Rationis Ra-  
tio esse potest, quod hujusmodi lucrum non dicitur esse de heredi-  
tate, mulieris, sed tanquam æs alienum, de quo quis testari non  
potest, *Alex. in l. 48. ff. ad Leg. falcid.*

THEe. XXII.

Sicut Dos ipsa, ita & dotis AUGMENTUM Marito superstici  
cedit, *l. 8. in. fin. C. de jur. dot.* adeoq; & usuræ dotis non solutæ ab  
ipso scilicet nuptiarum die, si Pater Sponsæ dotem promiserit. Ex-  
traneus vero si doti solvendæ breviorē diem non præfixerit, non  
prius usuras debet ex morâ quam biennium præterierit, quod Im-  
per. Justiniani constitutione in eam rem præfinitum est *l. 31. §. 2. C.  
de jur. dot. Fab. in C. lib. 5. tit. 7. def. 22.* Sed pater dotem promit-  
tens ex ipso nuptiarum die moram facere intelligitur, & per conse-  
quentiam ad præstationem usurarum se obligat, tametsi non sint de-  
ductæ in stipulatum, ibi enim dotem aut saltem dotis fructum esse,  
necesse est, ubi sunt onera matrimonii, quia dotis fructus marito  
pro oneribus matrimonii debentur, *l. 20. C. de jur. dot. Petr. Surd.  
de aliment. tit. 1. qv. 42. ubi id pluribus persequitur. Carpzov. in  
Jurispr. for. p. 3. Const. 23. def. 4. ubi. Responso aliquo hoc affirmat  
& illustrat.*

C 3

THES.



Mons. Fiedlern;



THES. XXIII.

De FRUCTIBUS ex re dotali perceptis & collectis, quatenus illos Maritus lucratur faciatq; suos, dicendum paucis erit; Omnes ille ut alia mobilia accipit *l. 7. pr. ff. l. 20. C. de jur. dot. Campey p. 2. de dote qv. 9. tam* NATURALES & INDUSTRIALES *l. 10. §. 3. ff. d. t. l. un. §. 9. C. de R. U. A.* quàm CIVILES *l. 7. §. 10. ff. sol. matrim.* Quod enim ex re & industriâ mariti fit, ad ipsum etiam pertinet *l. 2. §. 13. ff. ad exhibend. l. 49. in fin. ff. de rei vindic.* Hinc est quod dotis fructus pro sustinendis matrimonii oneribus cedunt lucro solius mariti & ei appropriantur *l. 10. C. de jur. l. dot. 7. pr. ff. eod.* Intellegendum tamen hoc est (1.) ratione fructuum quos Maritus accipit constante matrimonio, ante enim vel post percepti doti accrescunt *l. 38. §. 12. ff. de jur. dot. Henr. Neuenhahn de Jur. ac Privil. vid. membr. 3. sect. 8.* Cessat enim tunc ratio, onera scilicet matrimonii, propter quæ dos constituitur *l. 76. ff. d. t. ubi autem non est complexus rationis, ibi etiam non debet esse nexus dispositionis l. 31. ff. ad Leg. Aquil. l. 9. §. 5. ff. de jur. & fact. ignor. l. 108. ff. de V. O. Decian. Consil. III. n. 10.* (2.) Accipiendum hoc est de rebus, quæ fructuum nomine veniunt. Hinc *partus ancillarum* dotalium inæstimatarum Maritus non lucratur *l. 10. §. 2. ff. de jur. dot. l. un. §. 9. C. de R. U. A.* partus enim in fructu non est *l. 28. §. 1. ff. de usur. §. 37. Inst. de R. D.* Maritus quidem fit Dominus matris, & consequenter etiam partus tanquam accessorii, verùm dominium saltem habet revocabile, & finito matrimonio uxori rem principalem cum hõc accessorio restituere debet, *per dict. §. 37.* Unde etiam Maritus *thesaur.* in fundo dotali inventum non in totum lucratur, sed dimidiam partem soluto matrimonio uxori restituere tenetur, quoniam thesaurus non inter fructus computabitur *l. 7. §. 12. ff. sol. matrim.* Idem obtinet in alluvione *l. 10. §. 1. ff. de jur. dot.* aliisq; quæ fructuum nomine non veniunt, *dict. l. 7. pr. §. 12. ff. sol. matr. l. 4. l. 7. §. 1. l. 8. l. 10. §. 2. ff. de jur. dot. Magnif. Dn. Struv. Exerc. 30. Th. 13. Job. Campey. de dote p. 3. quest. 99.* Ita etiam in Praxi observatur *test. Dn. Carpozov. in Jurispr. for. p. 1. Const. 53. def. 6. n. 3. 4. 5. & b. Dn. Richter. p. 2. Decis. 99. n. 106. Berlich. p. 2. Concl. 2. n. 58. & 63. in fin.*

THES. XXIV.

Sed hic oritur quæstio, si forte in fundo dotali mortua uxore sunt aliqui FRUCTUS ad huc PENDENTES, quisnam eos lucratur? & jure



& jure quidem civili indubitatum est, fructus nondum demessi præcedente morte mulieris debentur ejus heredibus, non autem marito quoniam ad instar immobilium censentur, cum fructus *stantes* in solo pars fundi dicantur, prout notat Alex. in l. 78. §. 1. ff. de V. O. & est apertus textus in l. 44. ff. de RiV. Sicut itaq; ipse fundus, tanquam totum est quid immobile: ita idem juris est de fructibus pendentibus, tanquam parte l. 76. pr. ff. de Rei vindic. l. 51. ff. de administ. tutor. Verum de Jure Saxonico totum contrarium disponitur, putà quod illi fructus tanquam industriã mariti parti & adhuc pendentes arg. l. 51. ff. de donat. int. vir. & uxor. l. 2. C. eod. debentur Marito pro officio culturæ & laboris mercedis loco: non autem prædefunctæ mulieris heredibus Landr. lib. 3. Art. 76. *ibi* Stirbet aber die Frau nach der Saat/ als die Ege das Land bestrichen hat/ die Saat ist des Manns/ re. Coler. p. 1. Decis. 59. n. 18. 19. & Decis. 194. n. 4. & p. 2. Decis. 286. n. 104. & de Process. Executiv. p. 2. c. 3. n. 303. Const. Elect. Aug. 32. p. 3. §. Gleichfals da ein Weib liegende Gründe hat/ und verstirbet nach der Saat Zeit/ so behält der Mann die Früchte re. Hartm. Pist. p. 1. qv. 24. n. 77. Berl. p. 3. Concl. 43. n. 49. Coler. Consil. 25. n. 33. & 36. Dn. Finckelth. in Observ. Pract. 54. n. 10. 11. & seqq. ubi possunt videri plura. Carpz. in Jurispr. for. part 3. Const. 32. def. 6. ubi Responsò aliquò hoc affirmat. Quod verum est non tantum de fructibus agrorum, sed etiam hortorum & vinearum Landr. per text. lib. 2. Art. 58. vers. Das rede ich darumb/ *ibi* Gärten/ Baumgärten/ Weingärten/ Lehnrecht cap. 6. & 57. Und also ist es auch mit Gärten und andern Güter Früchten/ wie dieselben besäet/ gearbeitet und bestellet worden/ bey Leben des Weibes/ so folgen dem Manne die Früchte der Saat alleine/ und bleibet der Frauen Erben der bloss Boden. Fructus VINEÆ tamen quod attinet; videndum est, an mulier ante diem Urbani decesserit, & tunc ejusmodi uvæ, & fructus vinearum non ad ejus heredem, sed ad Maritum pertinent; Secus si post diem Urbani mortua fuerit, tunc uvæ ad heredes ejus spectant, per jam alleg. text. in Landr. Coler. p. 2. Decis. 286. n. 102. Beust. de jur. connub. p. 3. cap. 5. in fin. Idq;ve non sine ratione, quoniam eo tempore in vineis maximus curæ & culturæ labor, ut plurimum est perfectus & absolutus, & fructuosum vindemiæ tempus expectatur Hartm. Pist. p. 1. qv. 24. n. 93. Berlich p. 3. Concl. 43. n. 63. Carpzov. ad dict. Const. 32. p. 3. def. 8. & ita etiam Scabini  
Lipsien-



Mons. Fiedler.



Lipsienses anno 1548. pronunciarunt. Idem etiam obtinet, si maritus acceperit in dotem partes metallicas, wenn der Mann zur Wittgiffst Kuchus bekommen hat/ quæ partes metallicæ sumunt diminutionem & augmentum, ut experientia testatur. Quamobrem proventus ex illis, ut sunt aurum, argentum, cuprum, æs, stannum, plumbum, ferrum &c. Qui omnino pro mobilibus habentur, l. §. 13. ff. sol. matrim. l. 32. ff. de jur. dot. ex statuto Saxonico ad Maritum defunctâ uxore pertinent, Const. Elect. Aug. 15. p. 3. §. wann aber bey Leben des Weibes vers sondern vor solche bewegliche Güter/ 2c. Matth. Coler. p. 2. Decis. 286. n. 155. Berl. p. 3. Concl. 35. n. 7. & seqq. Ita tamen ut tales proventus, vulgo Nusbeut / jam tempore mortis uxoris sint percepti & separati. Alioquin licet brevi post percipi sperentur, ne quidem pro ratâ temporis marito cedunt, per d. Const. 25. & Berl. l. c. n. 8. Quanquam hæc verba (Nusbeute genommen) perceptionem realem sive apprehensionem necessario non requirunt: Sufficit enim quoad successionem & lucrum proventus esse certos ac separatos, ita ut tanquam mobiles penes uxorem jam existant & præsumuntur, licet ab ipso marito nondum realiter apprehensi sint, per supra alleg. Rosa ad Dan. Moller. Const. 25. def. 2. n. 9. Dn. Carpz. ad d. Const. 25. def. n. 6. ita etiam Jcti Lipsienses pronunciarunt, PP. Jedoch werden von solchen Bergtheilen/ Euch als den libere lebenden Ehemanne/ die Nusbeuten/ so bey Leben Eures Weibes davon gefallen/ billig gefolget/ B. R. W.

THES. XXV.

Sed quid si Maritus statuto & consuetudine sic permittente OCCIDISSET uxorem adulterantem in flagranti delicto adulterii, quaeritur, an etiam eo casu dotem lucrifacere possit liberis non extantibus, cum certi juris sit, quod Maritus occidens uxorem, non lucrifaciat dotem l. 10. §. 1. ff. sol. matrim. ejus opinionis etiam sunt Bald. Aret. & Alex. in alleg. leg. ut & in l. 56. §. 1. ff. de furt. ubi qui sibi ipsi jus dicit propria autoritate perdit præmium legale. Verum & fortassis rectius tenent CONTRARIUM Bart. & Jas. in d. l. 10. §. 1. ff. sol. matr. quia qui facit actum lege permittente, pœnam non meretur, l. 4. C. ad Leg. Jul. de adult. Attamen pro concordia res distinctione quâdam expedienda erit, & quidem secundum Alex. videndum est, an tractetur de lucro legali, vel statutorio quod debetur ratione delicti, & isto casu procedat sententia Bald. ac aliorum qui

cum




*cum sequuntur*: Aut vero à lege vel à statuto defertur lucrum ex alia causa, quam ex delicto, prout est stante statuto, quod uxore præmoriente maritus lucretur dotem: & isto casu si Vir lege, statuto vel consuetudine ita permittente occidat uxorem tunc lucrabitur dotem, cum illam non lucretur propter delictum, sed communem Doctorum sententiam, propter onera matrimonii, ut per gl. & Dd. in l. 9. §. 1. ff. de condi& caus. dat. caus. non secut. & hoc casu standum est opinioni Bartol. Pro ulteriori resolutione hujus quæstionis videri potest Campez. in suo tr. de dot. part. 5. qv. 5. & Roland. à Vall. eadem de materia qv. 63. Thesi huic merito adjungimus, quod adhuc plures aliæ dentur causæ, propter quas Maritus dotem lucrifacere potest, quæ plerumque instrumento dotali inferi solent, vel aliunde ex pactis probari & doceri possunt, quas hac vice propter penuriam temporis & chartæ omittimus, & in aliud tempus, juvante Deo, nobis reservamus, ubi ansam habebimus latius de hac prolixa & jucunda materia disserere.

THES. XXVI.

Paucis etiam delibanda veniunt CONTRARIA, vel causæ propter quas Maritus econtra dotem perdit & non lucratur; Quarum præcipua præ cæteris est, quando uxor ab aliquo occisa fuit, & Maritus novit occisorem vel homicidam, & tamen non vindicavit necem uxoris, tunc ille per hoc perdit dotem, ex supra dicto statuto ei debitam, arg. l. 15. ff. ad SCt. Silan. & ibi Bart. ac Bald. l. 27. ff. de jur. fisc. Luc. de Penna in l. 9. C. de Incol. deinde probatur ista opinio per text. l. 3. §. 5 ff. de SCtum Trebell. ubi heres gravatus restituere tenetur hereditatem si non defendit necem testatoris, & perdit commodum quartæ, quæ applicatur fisco: ergo & Maritus lucrum dotis l. 18 pr. ff. de his qui ut indign. nisi forte alius in ulciscenda nece uxoris prævenisset Maritum, quo casu ipse excusandus esset, Jaf. in l. 1. & l. 10. C. de his quib. ut indign. hered. aufer. Vel nisi Pater mariti occidisset uxorem filii sui, tunc enim Maritus non teneretur ulcisci necem uxoris contra patrem, ut tradit idem Jaf. in alleg. leg. & ita tenendum esse si casus in facto contigeret, scribit Roland. à Valle in tr. de lucr. dot. qv. 62. in fin. Beust. de jur. connub. p. 3. c. 6. Hartm. Pist. Obs. 56. n. 1. (2) Quando Maritus uxori ægrotanti, quæ ex illo morbo mortua fuisset, non administrasset alimenta Coler. p. 2. Decis. 257. n. 5. Modest. Pist. p. 2. qv. 57. n. 3. Berlich. p. 3. Cont. 36. n. 46. Schneidev. ad Inst. de hered.

D

qua



Mons. Fiedler.



quæ ab intest. defer. Rubr. de success. int. vir. & uxor. n. 25. pag. m. 427. Necesse enim videtur, qui alimenta non subministrat l. 4. ff. de agnosc. liber. Et hoc etiam hodie obtinet Carpz. p. 3. Const. 26. def. 5. (3) Si uxori ægrotanti medicum non adhibuisset, qui haberi potuisset. Licet enim non sit in Medico semper, relevetur ut æger, ut ait Poeta: tamen Maritus qui ægrotanti uxori Medicum non adhibuit cum potuit, censetur eam occidisse secundum gl. & Bartol. l. 10. §. 1. ff. sol. matrim. Vel si Medicum adhibuisset quidem, sed talem qui in medicina non erat exercitatus gl. in l. 31. §. 11. ff. de adilit. Edict. Berl. p. 3. Concl. 36. n. 37. 38. seqq. Paria enim sunt vel occidere, vel infirmum sine Medico relinquere, l. 91. pr. ff. de V. O. Roland. à Valle de lucr. dot. qu. 64. & 65. tamen hoc non procedit quando Maritus præventus fuisset, vel à fratribus vel aliis agnatis uxoris l. 6. §. 1. ff. de agnosc. liber. & ita decidit Alex. cons. 123. vers. 2. vol. 7. citat. à Valle quest. 67. (4) Privatur Maritus lucro dotis, qui uxorem verberat & expellit Rigorosa enim admodum est, si maritus non solum contumeliosa verba in uxorem evomat, sed & verberibus eam male tractet, ac prorsus expellat, Roland. à Valle cit. loc. qu. 68. Quin ergo ob id lucro dotis in foro Saxonico privari debeat, dubitandum non est, ut rectissime sentit cum aliis Hartm. Pist. Obs. 52. n. 3. Quod tunc procedit, si uxor ita à marito expulsa extra ades ejus, vel ex frigore vel tonitru, vel alio infortunio intereat, vel aliter in exilio moriatur Const. Elect. August. 26. p. 3. vers. Dorinnen Er oder Sie gestorben / veluti ita Scabini Lipsienses Senatui Leisnicensi anno 1569. responderunt; Non etiam si expulsa in via maneat, vel ad maritum revertatur, quia sola expulsio amissionem dotis non inducit, ut tradit eleganter Jas. in l. 10. §. 1. ff. solut. matrim. cit. Roland. quest. 70. Berlich p. 3. Concl. 36. n. 32. Carpzov. p. 3. Const. 26. def. 6. ibi secundum hæc pronunciatum fuit. (5) Si Maritus uxorem malitiose deserat, tunc portionem statutariam & lucrum dotis ex bonis defunctæ amittit, l. 3. ff. de his quib. ut indign. Novell. 22. c. 15. §. 2. Novell. 117. c. 8. §. 5. 6. & 7. eique omnia, quæ alias ex statuto, consuetudine pactisve dotalibus illi competere, denegantur per dict. Const. Elect. 26. p. 3. in verb. So soll dem schuldigen Theil dasjenige / so ihm aus der Ehestiftung / Statut / Gewohnheit oder Recht von des verstorbenen Gütern gebühret / nicht abgefollget werden / Moller. ad Const. 26. Desertor autem non quilibet censendus est, qui vel officii causa vel ex alia necessaria & probabili causa



causa coactus, sed iste qui vel levitate quadam, vel injusta patientia freni conjugalis, vel aliis non necessariis causis impulsus discedit, & eam malitiose deserit, *Schrad. Inst. de nupt. n. 164. § seqq.* Necessesse tamen non est, ut quis conjugem perpetuo deserat, sed sufficit, si eam ad tempus saltem relinquat, *per alleg. Nov. 12. c. 15. § 2. & Novell. 117. c. 8. § 5. seqq.* Quapropter si Maritus abest & uxorem in puerperio laborantem deseruit, eique de obstetrice, & aliis necessariis non prospexit, recte lucro dotis & aliarum rerum multatur, *Andr. Rauchb. qv. 20. p. 2. n. 19. Carpz. p. 3. Const. 26. def. 4. n. 2.* nisi maritus fuerit prævntus, a cognatis uxoris, qui ei de obstetrice & aliis necessariis providerunt, tunc enim maritus lucrum dotis non amittit, *Rauchb. cit. loc. n. 13. Berl. p. 5. Concl. 36. n. 20. § 21. Carpzov. in Jurispr. for. p. 3. Const. 26. def. 1. ubi ita responsum fuit.* (6) Multo magis vero dotem aliaque mobilia, ipsi ex statuto debita maritus amittit, uxorem prorsus interficiens, ut maxime eam de adulterio habeat suspectam, nec enim æquum est, virum ob facinus suum lucrum & emolumentum sperare *l. 10. §. 1. ff. sol. matrim. Coler. p. 1. Decis. 57. n. 66. § p. 2. Decis. 286. n. 27. Schneidew. ad tit. Inst. de hered. que ab intest. defer. Rubr. de Succes. int. vir. & uxor. Campey. de dot. p. 5. qu. 2. § 5.* Licet enim regulariter ob turpem vitam uxoris vir lucrifaciat dotem *c. plerumque X. de donat. int. vir. & uxor.* tamen illud procedit si viam juris elegerit *c. admonere § ibi gl. vers. prado in fin. 33. qu. 2.* Quod & de Jure Saxonico observatur teste *Zobel. lib. 1. Art. 31. lit. C. in fin.* Quæ assertio in tantum procedit, licet maritus uxorem in flagranti crimine deprehensam occiderit, *Coler. p. 1. Decis. 176. n. 47. § 48.* & quidem hoc casu lucrum dotis heredibus interfectæ conjugis accrescit, *Coler. d. Decis. 57. n. 68.* Plane, si necem uxoris maritus saltem molitus fuerit, lucrum statutarium perdit, etiamsi propositum suum ad effectum non perduxerit, *Gloss. Ordinar. Landr. lib. 3. Art. 21. n. 3. § gl. ad Art. 22. Weichbild n. 33. Berlich. p. 3. Concl. 36. n. 4. § 5. Carpzov. p. 3. Const. 26. def. 7. n. 4. § sic quoque ibi Jcti Lipsienses judicarunt.* (7) Sed quid si Maritus uxorem peste infectam & laborantem contra officium maritale prorsus deserat, an lucrum dotis & aliam portionem statutariam amittit? Breviter dicimus quod sic *per Novell. Elect. Aug. p. 3. Const. 26. post pr. vers. oder in grosser Leibes Schwachheit / Farinae in sua prax. crim. part. 4. tit. de amiss. lucr. dotis qv. 1. 29. sect. 4. n. 92. Roland. à Vall. de lucr. dot. qv. 66. per tot.* Quin imo licet uxor jam peste



Mons. Fiedler.



non sit infecta, si tamen Maritus propter pestem discedat, & uxorem adhuc sanam secum abducere nolit, sed eam una abire volentem in loco pestifero relinquat, tunc maritus lucrum dotis etiam perdit, si postea uxor ex peste moriatur *Franc. Ripa in tr. de peste c. 1. n. 204. Berl. p. 3. Concl. 36. n. 23.* Fallit tamen hoc, licet maritus evitandi periculi causa absens sit, si modo uxori agræ & infirmæ de medicamentis, cura, mulieribus scil. quæ illam in morbo pestifero sublevarent, prospexerit, & sic non a successione mobilium ac lucro dotis repellendus erit, teste *Carpzov. in Jurispr. for. p. 3. Const. 16. def. 2. & 3.* Quemadmodum quoque J. C. t. Lipsienses Anno 1629. in causa Martin Rösers zu Weyda responderunt PP. Diweill aber dennoch gedachter Euer Vater seinem Weibe als sie Franck worden/eine Wärterin zugeordnet/und mit nothdürfftiger Cur und Unterhat sie versorget/ so hat auch Eure verstorbene Mutter vermöge Landüblicher Sächß. Rechte alle ihre mobilia auff vorbemelten ihren Ehemanne bracht und verfället und es mögen Ihm dieselben nicht entzogen werden / B. N. W. Reliqua Contraria & cæteræ causæ propter quas Maritus lucrum dotis perdit, videri possunt latius *apud alleg. Autores quos B. L. pro lubitu consulere potest.*

THES. XXVII.

Et hæc de lucro dotis quam brevissime suffieiant, quæ omnia procedant, dummodo Maritus lucrum dotis apprehendere velit, secus si illi renunciat, quod maritus non tantum in suum, sed etiam in creditorum suorum præjudicium facere potest. *Phanucc. de lucr. dot. gl. 8. n. 16. & seqq. Dan. Moller. ad Const Saxon. p. 3. Const. 23. n. 18. Roland. à Valle de lucr. dot. qv. 39. Berlich p. 3. Concl. 29. n. 39.*

THES. XXVIII.

Ut autem promissis nostris Th. V. dictis stemus & rubricæ Disputationis nostræ satisfaciamus, recta via nunc merito aggredimur Vocabulum tertium scilicet DOTALITIUM. Quemadmodum satis superque notum est, quod multi inveniuntur, qui exacte de hac materia scripserunt & disputaverunt e. gr. *Magnif. Dn. Richter, Nicol Henelius, Job. Theodor. Sprenger. & alii* quamobrem nos hac in parte Studiosi brevitatis erimus. Ne tamen illotis quasi manibus & sinistro pede ingrediamur, prius brevissime videbimus de ejus origine, Etymologia, Synonymia & Homonymia, & tunc quibus ex causis MULIER post mortem Mariti DOTALITIUM acquirat, simulque

ex



ex eo LUCRUM sentiat, & è contra qua ratione iterum illud perdat vel amittat.

THES. XXIX.

Præmitto itaque DOTALITIUM suos natales ducere ex dotali & hoc ex dote, à qua tanquam à causa sua originem, vel saltem respectum ad illam habet. Datur siquidem dotis illatæ compensandæ ergo Landrecht lib. 3. Art. 75. n. 5. Aber diß heist hie geding / daß gegen die Mitgab gedinget wird / denn mann soll ein Ding nennen darnach es ist / Nomen itaque rei convenit, cui Imperator plerumque studuit, per text. §. 3. Inst. de donat. l. 1. C. de Offic. Præf. urb. Adeoque hæc duo sibi subordinantur ut alterum sine altero non satis intelligi possit, Rotschütz. Art. 1. n. 1. de dotalii.

THES. XXX.

Dotalitii nostri origine nunc cognita, de Synonymia videtur agendum, ne tantum unde sit, sed quibus nominibus gaudeat quoque discatur: Appellatur autem à quibusdam gentibus Donarium, Donarium, Doerium, Dotarium, Doharium, Duaria Magnif. & Nobiliss. Dn. Richter tr. de privil. creditor. Disp. 6. n. 4. & in Velita. Acad. 10. Th. 2. Delphinibus super vitam audit, test. Cothm. lib. 1. Resp. 50. n. 50. & seqq. Papa Decis. 565. n. 2. & Decis. 274. n. 2. Tholosates agensamentum appellatur juxta Coras. Miscel. jur. l. 3. c. 1. n. 5. Nonnulli Victilitium & Vitalitium vocant, Cothmann. d. loc. n. 59. Bocer. in Commentar. de donat. cap. 11 n. 6. & 7. Græci ὑπόβολον, e. suppositum ac doti quasi subjectum Rauchbar. p. 1. qv. 47. n. 21. Longobardi Morgengabam Cujac. lib. 5. Obs. 4. Germani, ein Leibgedinge / Leibzucht / oder Leibguth / item Wiedergab / Wittumb / uti passim in jure Saxonico & Constitutionibus Electoralibus videri potest, & fortassis, ideo quod Dotalitium ad corporis vitæque sustentationem erigatur & una cum morte mulieris extinguatur Andr. Rauchb. p. 1. qv. 30. n. 1. Beuß. de jur. connub. lib. 2. cap. 9. Landr. lib. 1. Art. 20. & 32 ibique gl. Goed Consil. 99 pr. Magnif. & Nobiliss. Struv. Syntagm. Jur. feud. Exer 14. Th 9.

THES. XXXI.

Sicuti vero DOTIS vocabulum, non uno odemque modo accipitur, ita quoque varie sumitur DOTALIT. vocabulum, insuevit enim dici AUGMENTUM DOTIS Jac. Landell. consil. 22. n. 5. LUCRUM NUPTIALE Coras. Miscel. jur. l. 3. n. 5. item DONATIO PROPTER NUPTIAS Rotsch. Art. 1. n. 18. de otal. Und diereil allhier vom



Mons. Fiedler.



vom Leibgeding oder Leibzucht / welches in Lateinischen Büchern Do-  
 natio propter nuptias oder Dotalitium genant / gehandelt / Quanquam  
 enim *Donatio propter nuptias* maxima ex parte sit immutata & ferme  
 abrogata, tamen vocabulum ipsum remansit *Magnif. Dn. Richt. in Ve-  
 lit. Acad. 39. Tb. 3.* Hinc quam misere DOTALITIUM cum Donatio-  
 ne propter nuptias (quæ jure civili adinventæ & ad nostrum jus nomen  
 generale transtulit) à quibusdam confundi soleat, ultro perspicuum  
 est, siquidem in jure civili parum vel nihil de DOTALITIO nobis co-  
 gnitum est, attamen universali consuetudine per totum fere Germaniæ  
 situm, imprimis vero in terris Saxonice, longissimo usu hoc est rati-  
 ficatum *Hartm. Pist. p. 1. qv. 4. in pr. Rauchb. p. 1. qu. 47. n. 21. Dn. Carpz.  
 in tr. de jurib. fem. singul. Decad. 5. poss. 8. n. 5. & 28.* Revera tamen  
 hæc invicem differunt, Et consistit differentia Specifica in eo, quod  
 DONATIO PROPTER NUPTIAS fiat in securitatem & remune-  
 rationem dotis, DOTALITIUM vero in compensationem dotis con-  
 stitutum, illam absorbet, & in ejus locum surrogatum est *Dn. Carpzov.  
 p. 2. Decis. 168. Bocer. de donat. cap. 1. in pr. Carpzov. de jurib. fem. cit. loc.  
 posit. 9. n. 30.*

THES. XXXII.

Rerum origo cognoscenti lumen affert, in natura illarum in-  
 daganda; quo ergo & *Dotalitium* nostrum eo penitus exploretur,  
 transitum ad ipsam ejus definitionem realem facimus, DOTALITIUM  
 autem nihil est aliud, quam donatio, quam facit Maritus  
 suæ uxori cum consensu agnatorum & Domini feudi in  
 compensationem dotis ad hoc ut uxor post mortem ma-  
 riti usque ad vitam ea utatur fruatur, *Landr. lib. 1. Art. 21. n. 20  
 Lehnrecht cap. 31. Weichbild Art. 22. n. 21. Rotfch. in suo tr. de dotalit. Art.  
 1. n. 19. Beust. de jur. connub. cap. 9. in pr. Coler. Decis. 60. n. 7. Richter. Velit.  
 Acad. l. v.* Quod autem ad constituendum dotalitium in bonis feudali-  
 bus desideretur consensus Domini proximorumque Agnatorum, utpo-  
 te qui a more Mariti in feudum sint successuri, Ratio hæc datur; Quia  
 Vasallus in Præjudicium Agnatorum feudum alienare & ei servitutem  
 imponere non potest, *§. 1. feud. quib. mod. feud. amitt. §. 1. feud. de  
 succes. feud.* Præteritum quando ultra debitum modum usufructus  
 constitutus esset uxor. secus si debitus modus respectu dotis illatæ ob-  
 servatus fuisset. Cum ergo una eademque consuetudo in omnibus  
 Saxonice Provinciis non sit, ideo in quantitate dotalitiorum con-  
 stitu-



Statuenda, id obtinere debet, quod cujusque Provinciae mos & usus postulat *Gl. Lat. ad Art. 75. lib. 3. lit. 3. lit. A. Landr. Coler. d. Decis. 60. n. 19.* Et sciendum est, quod in his terris & foro Saxonico ex consuetudine usufructum respectu dotis duplicatum constituere soleant, ita quod si uxor dedit mille in dotem, assignentur ei duo millia loco dotalitii, quia observato hoc modo Agnati de consuetudine harum terrarum hujusmodi dotalitium impugnare & retrahere non valent, etiam si consensum suum non adhibuerint, *Lehnrecht cap. 3. lit. C. ibi mit Wissen und Willen seiner Söhne / Beust. cit. loc. Schneidew. ad tit. Inst. de hered. qua ab intest. defer. Rubr. de Success. jur. Saxon. int. marit. & uxor. 43. & 44. Coler. Decis. 15. n. 21. seqq. Decis. 60. n. 10. Moller. ad Const. Saxon. p. 2. Const. 42. n. 11. Jacob. Schult. in addit. ad Modestin. Pistor. p. 3. quest. 22. n. 131.* Conceditur namque in materia dotalitii pensio decem aureorum pro singulis centenariis, *Carpzov. in Jurispr. for. p. 2. Const. 42. def. 2. n. 2.* In hunc modum I Cui Lipsienles Anno 1621. M. Decembri in causa D. Johannis Gärners zu Hamburg pronunciarunt PP. So wird das verschriebene Leibbedinge nach dem Einbringen billig geachtet und gerichtet / und der Wittben davon die Leibzinsen vermögge der gemeinen Sächsischen Landes Gebräuche gedoppelt als 10. fl. von jeden 100. fl. Jährlich abgestattet.

THES. XXXIII.

Præcipue vero CONSTITUITUR in BONIS FEUDALIBUS quamvis illud etiam in ALLODIALIBUS, præprimis si nulla inveniantur feudalia recte constitui posse, *teste Landr. lib. 3. Art. 75. ubi gl. Latin. lit. B.* Ex nobilibus autem pullavit hoc dotalitii jus, posteaque etiam consuetudo approbavit confirmavitque *Harm. Pistor. lib. 1. qu. 4.* Cives enim aliosque homines avitis stemmatibus haud claros hoc quoque uti posse, quamvis hodie fiat rarius, dubitandum non est, præsertim si illi inhabitent feuda *Coler. dict. Decis. 60. n. 17. & seqq. Carpzov. cit. loc. Berl. p. 2. Concl. 50. n. 7. & 8.* Si vero à Marito constituitur mulieri dotalitium, nemo dubitet, quin illa constitutio defuncti heredes & successores feudi obliget & teneat, quoniam facta ejus præstare jure obligati sunt, *l. 14. C. de R. V. l. 3. C. de Reb. alien. non alienand. l. 149. ff. de R. J. & hoc etiam procedit, licet consensum suum non adiecerint, quatenus scilicet dotalitium juxta competentem & directam normam est constitutum, uti demonstrat Carpzov. p. 2. Const. 24. def. 5. n. 9.* Cum autem Maritus jam vivus uxori Dotalitio haud pro-



Mons. Fiedlern.



prospexerit, heredes ejus, mortuo eo ad istud constituendum tenentur *Novell. Elect. Aug. Const. 44. p. 2. in pr. Magnif. Dn. Richt. in suo tr. de success. ab intest. sect. 4. p. 274.* Non solum autem Maritum & Agnatos seu successores feudi, verum quoque ipsum Dominum, si feudum ille accipit, ad constitutionem Dotalitii obligatum esse, expedissimi juris est, *Landr. lib. 1. Art. 21. ubi dicitur: Leibzucht kan den Weibern niemand gebrechen / weder nahe geborne Erben / noch iemand auff dem das Guth erstarbet. Koeppen. Decis. 39. n. 41. Berl. p. 2. Concl. 55. n. 67.* Quod ipsum tamen procedit, si scilicet dos realiter ab uxore in feudum fuerit illata, alias heredes non tenentur constituere dotalitium *per dict. Const. 44. ibi.* Da die Frau bey ihres Mannes Leben gegen ihr Einbringen / welches Sie darthun kan / nicht beleibdinget / und nochmahls von denen Lehnsfolgern will beleibdinget seyn / so soll Ihr dasselbige folgen / wie dann hierinnen einträchtig gesprochen wird. Quotiescunque enim alicui lucrum aliquod conceditur ob certam causam, ea realiter & in effectu non secuta, lucro locus esse non potest nec debet *l. 1. § 1. ff. de condict. sine caus. l. 2. § 3. ff. de dol. mal. & met. except. Carpzov. ad dict. Const. 44. def. 1. n. 5. ubi ita pronunciatum fuisse testatur.*

THES. XXXIV.

Illud adhuc circa hujus constitutionem in ferram contentio- nis vocatur à Doctoribus, An; si uxor vivente Marito dotem promissam non intulit, etiam à morte ejus, eam inferre atque ut sibi Dotalitium successores feudi constituant petere possit? Hanc quaestionem optime expediri, cum aliis arbitramur, distinguendo scilicet inter Jus Civile & Saxonicum, illud una cum Interpretibus Juris statuit, si dos vivente Marito non soluta fuerit, quod Dotalitium etiam ante constitutum non debeatur, quamvis dos deinde offeratur *Dd. in Auth. Dos data sub l. 20. C. donat. ante nupt. nisi mariti culpa factum sit, quo minus dos exacta fuerit, Hartm. Pist. lib. 1. qu. 5. n. 1. & seqq.* Hoc vero scil. Jus Saxonicum de consuetudine aliud observat teste *Schneidevv. Inst. de donat. & tit. de hered. qua ab intest. defer. Rubr. de Success. jur. Saxon. int. vir. & uxor. n. 45. Weichbild Art. 22. in gl. n. 12. ibi.* Wann gleich die Frau bey Lebzeiten ihres Ehemannes ihr Ehegelt nicht einbracht hat / aber dasselbe nach seinen Tode einbringen will / so seynd die Lehnsfolger ihr das Leibgedinge / dem Landes Gebrauch nach auffzurichten und einzuräumen schuldig. *Gl. in Landr. lib. 1. Art.*



*Art. 21. Beust. de jur. connub. p. 3. c. 10. Rotfch. de dotal. Art. 1 n 13. & seqq. Berl. p. 2. Concl. 50. n. 25. Si nimirum dotem una cum debito interesse offerat, Carpzov. ad Const. 44. p. 2. def. 17. ubi Scabinos Lipsienses in causa Hansen Heinrichs von Crostewitz M. Martio anno 1596. ita respondisse refert. Fallit tamen hoc si Maritus multis passivis nominibus intricatus, relictisque aliis creditoribus obierit. Etsi enim tum vidua dotem promissam defuncto marito inferre se declaret & parata sit, ad hoc, ut dotalium ei erigatur à successoribus feudi, audienda tamen non est, ne scilicet creditoribus mariti per id molestiae causentur contra l. 74. ff. de R. J. ac creditis suis defraudentur l. 62. ff. de pact. Carpzov. dict. Const. 44. def. 13. n. 2. 3. & 4. ubi ita in Scabinatu Lipsiensi in causa Hansen Arnstadts zu Oschag Mens. Majo anno 1599. pronunciatum fuisse dicit. Tandem non incommode annecti hic possit elegans illa quaestio: an viduae concessa sit electio, utrum dotalium exigere, an vero dotem repetere velit? Sed quoniam multi eam ventilarunt, propterea B. L. pro lubitu evolvere potest Autores de hac quaestione tractantes, scil. Magnif. Dn. Richter. in suis Velitat. Academ. Velit. 10. Th. 14. & Velit. 39. Th. 23. Beust. de jur. connub. p. 3. c. 10. Carpz. Respons. Elect. 59. lib. 6. tit. 6. n. 8. & seqq. ut & ad Const. 44. p. 2. def. 2. & 3. Berl p. 2. Concl. 52. n. 10. Coler. p. 1. Decis. 57. n. 58 & 59. Rauchb. p. 1. qv. 30. Moller. ad dict. Const. 44. n. 1.*

THES. XXXV.

Et quanquam in optione mulieris, utrum dotem repetere an dotalium exigere velit, *Const. Elect. Aug. 44. & ad eand. Carpzov. def. 2. n. 3. Pruckm. vol. 1. Consil. 47. n. 127.* tamen dotalitii exactio Eï non prius quam Maritus è vivis excesserit concedenda est: *Gl. Lat. Sandr. lib. 1. Art. 21. lit. D.* Quoniam constituitur demum in eventum mortis, qui pro conditione habetur, *l. 75. ff. de condit. & demonstr. cujus existentia est expectanda l. 10. ff. de V. O. l. 213. pr. ff. de V. S.* Licet autem conditione existente illud propria autoritate ingredi & occupare possit, minus tamen ipsi decorum erit, vix mariti oculis clausis, id intrare, sed de Jure Civili dum decendum arg. *Auth. Sed neque C. de sepulchr. viol. in fin. l. 21. § 1. ff. de const. pec.* De Jure Saxo-nico vero, dum tricesimus dies præterlapsus fuerit, expectare debet, *Sandr. lib. 3. Art. 15. Const. Elect. Aug. 33. p. 3. Dan. Moller. ad hanc Const.* Ratio hujus esse potest, quia alias juris est, quod intra tricesimum hereditas jacens neque à creditoribus, neque ab ipsis heredibus molesta-



*Mons. Fiedlern.*



lestari debeat *Landr. lib. 1. Art. 22. ibique gl. Schulz, in addit. ad Rotbsch. de Dotalitio Art. 15. n. 8. Carpzov. p. 3. Const. 33. def. 2. n. 4. ubi ita in Scabinatu Lipsiensi pronuntiatam fuisse refert.* Fallis tamen Positio nostra & mulier interdum quoque vivente adhuc marito dotalitium postulare & vindicare valet, (1) Quando Maritus egestate laborat & quidem culpa si bona sua non, ut hominem frugi decet, administret, sed ea dilapidet, vel etiam si sine culpa in paupertatem incidat, per text. express. l. 29. C. de jur. dot. l. 24. pr. ff. fol. matrim. Rotbsch. Art. 4. de dotal. n. 5. Er hielt sich dann verthulich und überzehrlich / so mag sie ihr Leibguth fordern. Siquidem alias mulieres fame perire ac una cum liberis vel ossiatim alimenta quærere cogerentur, prorsusque deinde indotatae contra utilitatem publicam existerent. Et quis in dubium revocet? quod mulieres sibi non minus in casum mortis mariti quam inopiæ per Dotalitium prospicere voluerit. *Dan. Moller. p. 1. Const. 28. n. 63.* Melius enim est intacta jura ab initio servare & malum prævenire, quam post causam vulneratam remedium quærere. l. 5. C. in quib. caus. in integ. rest. non est necess. Si tamen mulier dotalitium exigere non cupiat, cautionem dotis servandæ causa postulare non prohibetur, vergentibus viri opibus, *Rauchb. p. 1. qu. 33. n. 8.* (2) Quando Maritus adulterium admisit. *Novell. 117. c. 8. §. 2. Hartm. Pist. Obs. 15. Carpzov. in Jurispr. for. p. 3. Const. 26. def. 9.* (3) Si Maritus de regione sua dejectus, & ob maleficium aliquod banno adscriptus sit *Gail. lib. 2. Obs. 83. n. 14. Surd. de aliment. tit. 1. qu. 34. n. 1.*

THES. XXXVI.

FINEM & EFFECTUM DOTALITII quod attinet, consistit in utendo fruendo eo ab uxore post obitum Mariti. Vivente enim Marito omnes redditus & proventus ad eum spectant, *Lehnrecht cap. 31. in fin. Es soll aber der Mann solches Leibguth / & cap. 59. n. 9. in fin. auch so nimbt Er alle Früchte / Coler. p. 1. Decis. 60. n. 14. 15. & seqq.* Quantumvis autem uxor vivente adhuc marito nullum JUS in dotalitio acquirat, maritus tamen *Dotalitium seu fundum* in quo illud est constitutum, absque prægnante causa ac urgente ære alieno in præjudicium uxoris neque vendendo neque alienando consumere potest *Gl. Ordinar. in Landr. lib. 1. Art. 20. n. 11. ibi Es mag auch ein Mann & Art. 44. n. 2. Art. 45. n. 5. eod. Carpzov. d. p. 2. Const. 42. def. 11. n. 4. & 5. ubi ita Scabinatum Lipsiensem in causa W. W. von der Musel M. April. an. 1603. respondisse fatetur.* Nisi in alio mulier compensatione



tione contenta fuerit, simulque ea in securitatem aliud æque idoneum feudum vel prædium dotalitii loco constitutum acceperit, per jam allegata, Rotfch, de dotal. Art. 8. n. 8. Berlich. p. 2. Concl. 50. n. 55.

THES. XXXVII.

Uxor, defuncto Marito, in possessionem Dotalitii immissa solum USUMFRUCTUM ex eo percipit, in tantum, ut ne quicquam in proprietatis præjudicium agere possit, arg. l. 22. C. de jur. dot. l. 3. pr. C. de secund. nupt. Landr. lib. 1. Art. 32. ibique gl. Latin. lit. B. Coler. p. 1. Decis. 193. n. 2. & seqq. Locatio tamen Dotalitii viduæ non est deneganda, ita tamen ut locatio morte ipsius se finiat ac expiret. Urthell post Landrecht tit. von Leibgedingen. Carpzov. p. 2. Const. 42. def. 9. n. 3. ubi ita Scabino Lipsienses pronunciaffe testatur. Permittitur etiam Ei venari, piscari, Jurisdictionem exercere, poenas pecuniarias ac laudemium capere per dict. Urthl post Landr. Servitutem quoque realem fundo imponere potest, ita tamen ut resoluta jure dantis mulieris scil. resolvatur quoque jus accipientis l. 2. f. 8. pr. rei autem: de invest. de re alien. fact. Brevibus ut dicamus: Mulieris esse quicquid in fundo nascitur arg. l. 9. §. 5. ff. de usufr. & quemadmodum quis utat. fruatur.

THES. XXXVIII.

Utrum vero uxor ratione Dotalitii, usufructuarii instar CAVERE debeat? anxie hæc in quæstione sudant Interpretes. Nos cum Magnif. Dn. Richt. in Velit. Academ. X. Th. XXVII. distinguendum esse putamus. Nempe videndum est, utrum viduæ ratione dotalitii certæ pensiones annuæ vulgo Aliment Gelder ex bonis feudalibus ab heredibus solvantur, relicta horum administratione Agnatis aut filiis, tanquam heredibus feudi. Et hoc casu non obstricta est præstare cautionem. Vel an vidua ipsa habeat bonorum feudalium administrationem, iisque dotalitii nomine utitur fruitur, & hoc in casu nullo est dubium, quin ratione usufructus, quem habet in dotalitio, obligata sit præstare CAUTIONEM de utendo fruendo, salva rerum substantia Hartm. Pift. Obs. 2. Wesenb. Consil. 91. n. 15. Köppen. Decis. 33. n. 12. Hering. de fidejuss. cap. 6. n. 229. Siquidem unumquemque usufructuarium decet, ut proprietario vel heredi caveat, se usum fructuum boni viri arbitrata l. 1. & tot. tit. ff. usufr. quemadm. cav. Carpzov. in Jurispr. for. p. 2. Const. 42. def. 7. ubi ita in Scabinatu Lipsiensi pronunciatum fuisse refert. Non minus quoque hoc posteriori

E 2



Mon. Fiedlern.



tiori casu uxor ratione dotalitii ad INVENTARII CONFECTIIONEM obligata est, *Andr. Rauchb. qv. 30. n. 31. Carpzov. dict. Const. 42. def. 8. ubi eodem in loco in causa Sabinen von Neumect Anno 1627. ita iudicatum fuit: PP. Immassen Ihr dann auch auff solchen Fall ein Inventarium auffzurichten verpflichtet seyd / B. N. W. Porro vidua ratione dotalitii hoc in casu etiam tenetur EXTRAORDINARIAS COLLECTAS & ONERA, quæ alla prædia vel feuda ferre debent, PRAESTARE ac SOLVERE, uti quilibet alius usufructuarius test. Hartm. Pistor. Observ. 5. Et ita in Dicasterio Jenensi M. Martio anno 1626. ad requisitionem Georg Christoph von Wangenhelmb pronunciatum fuit: PP. Was an der Behausung / Gärten / und gewissen Aedern / zum Leibgeding gehörig / und in Steuer Register in Anschlag gebracht / das ist von der Fr. Wittben zuverschätzen / und seind von Ihr die darauff stehenden Leib Zinsen zu entrichten / B. N. W.*

THES. XXXIX.

De FRUCTIBUS nunc nobis dicendum esset, quoniam autem hæc materia peculiarem Disputationem desiderat, de iis supra Th. XXIII. & XXIV. respectu mariti etiam paucis mentionem fecimus, propterea merito hic de istis plura dicere supersedemus, ne erambem bis coctam apponamus, & ad illas Theses cum allegatis Autoribus, qui fusius hanc materiam tractarunt nos referimus, simulque de ea latius scribere ac disputare doctiori calamo ac ingenio relinquimus.

THES. XL.

Suppetias quoque mulieri fert in dotalitio (1.) **JUS RETENTIONIS** l. 1. pr. ff. de pignor. Tandiu enim bona mariti detinet, dum ea de dote vel dotalitio benevole aut jure contenta fuerit, arg. l. 29. C. de jur. dot. Manifestissimum hoc est in foro Saxonico, Weichbild Art. 24. ibi die Erben weisen Sie denn abe mit Recht oder Güte / Const. Elect. 25. p. 2. in fin. vers. Wie dann auch die Frau das jus retentionis, so lange in den Lehngütern und ihre Unterhaltung haben soll / biß sie des ihren vergnüget. Carpzov. ad b. Const. def. 10. ubi ita pronunciatum fuisse memorat. Quod autem in potestate Viduæ sit hoc jus retentionis oppignorare, vendere, donare, aliove titulo cedere ac in singularem successorem transferre, non immerito cum *Mynsig. cent. 6. Obs. 82. n. 2.* statuitur, *Bachov. ad Treutl. vol. 1. Disp. 16. Th. 10. lit. A. & B. ubi hoc latius explicat. Carpzov. dict. Const. 25. p. 2. def. 16. ubi præjudicio quodam*



quodam hoc confirmat. EFFECTUS hujus RETENTIONIS præcipuus est, non ut omnes fructus ex bonis mariti proficiscentes lucretur, omnes redditus & mobilia intervertat, ac ad se rapiat, sed contenta sit exhibitione pro dignitate & facultate viri defuncti, donec ei de dotalitio vel dote satisfiat *arg. l. 9. ff. de vent. in poss. mitt. l. 5. §. 3. ff. de Carbon edict. Weichbild Art. 57.* Siget im Erbe vor ihr eingebracht Guth / und sollen die Kinder ihr die Nothdurfft geben. Id quod ultra alimenta percepit, nimis splendide vivendo, conviviisque lautissimis, vel restituere, vel in dotem vel pensiones dotalitias imputare cogitur, *Andr. Rauchb. p. 1. qv. 33. n. 34. Moller. Semestr. lib. 4. c. 13.* nec enim alimenta fructus annuos dotis aut dotalitii excedere debent, *Hartm. Pist. Obs. 107. n. 13. Coler. de Process. p. 1. c. 2. n. 229.* Si autem relicta vidua blanditiis mellitis ab heredibus mariti commota & bona defuncti reliquerit, quæstionis est, qua via jus retentionis rursus acquirere valeat? Et dicendum, Officium non tantum judicis implorare debet, sed etiam ex interdicto possessorio pro recuperanda possessione agere potest, ubi ante omnia tanquam spoliata restitui debet, *Carpzov. Resp. Elect. 19. l. 4. tit. 3. Coler. de loc. Hartm. Pist. dict. Observ. n. 8.* Jure autem retentionis vidua gaudere nequit, si de dote non certe constat, & sic nec dotalitium perere, nec alimenta postulare potest, ac hoc obstante prorsus nihil ei debetur, cum debiti illiquidi cum liquido non admittatur compensatio *l. 14. §. 1. C. de compensat. Carpz. Resp. Elect. 20. l. 4. tit. 3. n. 14 seqq.*

THES. XLI.

Competit uxori ratione dotalitii (2) JUS TACITÆ HY-  
POTHECÆ & PRIVILEGIUM PRÆLATIONIS. Dotaliti-  
um siquidem dotis loco est inventum & destinatum, per quod hæc to-  
taliter exspirat, ac exinde merito ejus naturam imitatur, *arg. l. 54. ff. de jur. dot.* Legem si quis evidentiolem videre desiderat, illum re-  
mittimus ad observantiam fori Saxonici, *Landr. lib. 1. Art. 21 gl. lit. D.*  
Leibgeding kan den Weibern niemand brechen / *Const. Elect. 28. p. 1. §. 1.*  
*in fin. ibi* jedoch was der Leibgeding halber verordnet / bleibt in Wür-  
den und Kräfften. De quo Serenissimus Saxo idem vult esse judi-  
cium ac de dote *Const. Aug. 42. p. 2.* Hinc si ob grande æs alienum  
bona mariti creditores sibi vindicant, & inter ea dotalitia vendunt,  
uxori tunc non solam dotem, quam ad maritum attulit, sed inte-  
grum dotalitium, nisi pactis dotalibus aliter sit conventum, quibus

E 3

semper



Mon. Fiedlern.



semper standum est; quoniam provisio hominis tollit provisionem legis *arg. l. ii. ff. de testam. tutel.* præstare & restituere debent e. gr. si mulier in dotem mille attulit, tunc in concursu creditorum bis mille capiet, quæ summa, vidua demortua, postea inter cæteros creditores distribuenda venit *Berlich. p. 2. Concl. 50. n. 58.* Initium autem hujus privilegii non judicandum est à die promissi dotalitii, sed quam primum per benedictionem sacerdotalem uxor cum Marito est copulata & in ejus domum deducta, tam de jure civili *l. i. pr. ff. qui pot. in pign.* quam Saxonico *arg. Const. Elect. Aug. 24. p. 2.* Das von der Zeit der vollzogenen Ehe und also wenn der Kirchgang geschehen / solches Privilegium dotis &c. seinen Anfang haben soll; Sed objicere possit aliquis, Dotalitium sæpius longe post matrimonium vel etiam dissoluto eo constituitur, qua ratione ergo privilegium illud à die nuptiarum computare poterit, ubi nondum fuit, *l. 14. pr. ff. de jur. codicill.* Ast respondendum est, retorrahitur istud *πρωτοπρεξίας* privilegium ad tempus copulationis *per dict. Const. 24. p. 2. verb.* Jedoch wenn die Mitgift folgendes oder zuvor würckliche ingebracht. Per quam constitutionem objectio hæc diluitur. An autem mulier in dotalitio exigendo CREDITORIBUS etiam anteriorem expressam hypothecam HABENTIBUS PRAEFERTUR, non inane erit, quæstionem hanc movere? De jure communi probabile omnino videtur, quod Imperator Justinianus, qui primus *hypothecam tacitam* & simul *jus prelationis* promulgavit, totque verbis, tot coloribus mulierum causam dixit, eis plenarie consulere voluerit, *l. 12. C. qui pot. in pign.* Sed e contra adversus Imperatoris Justiniani sanctionem melior ac probabilior est communis & fere ubique terrarum recepta sententia, quod nempe potior sit causa *hypothecarii anterioris expressi* quam uxoris, ne jus uni quæsitum alterius facto deminuat. *l. 2. §. 10. §. 16. ff. ne quid in loc. publ. l. 12. ff. ad SCtum Trebell. l. 2. C. de precib. Imper. offer. Anton. Fab. in C. lib. 4. tit. 8. def. un. Carpzov. in Jurispr. for. p. 1. Const. 28. def. 65. n. 11.* A qua sententia rationi & æquitati tanquam magis consentanea in Camera Imperiali, suo tempore fuisse unquam recessum, se non meminisse testatur *Gail. lib. 2. Obs. 25. n. 10.* tanquam rerum Cameralium scientissimus, ut ipsum *Carpzovius de jurib. fæmin. sing. Decad. 5. posit. 4. n. 22.* vocat. Haud obscure comprobata est ea, *Const. Elect. Aug. 28. p. 1. verb.* soll allen andern Gläubigern / so nicht ältere ausdrückliche Verpfändungen haben / vorgezogen werden.



werden. Ergo nec in dotalitio, mulier anteriorem expressam habenti hypothecam præfertur. Ita quoque Scabinos Lipsienses ad requisitionem Pauli Ranckhendels zu Lunckisch *M. April. anno 1638. respondisse testis est Carpzov. Resp. Elect. lib. 4. tit. 4. Resp. 26. n. 22. PP.* Wann gleich ein Adeltich Weib ic. und wird die Frau ihres Leibgedings oder Einbringens vor allen andern Glaubigern / die keine ältere ausdrückliche Verpfändung und besser Recht haben / billig befriediget / *W. N. W.*

THES. XLII

Visis iis quæ ad illud constituendum faciunt, transeamus, jam ad ea, quibus iterum *dissolvitur atque amittitur.* DISSOLVITUR autem dotalitium (1) MORTE scilicet UXORIS, quoniam ea, quæ ratione certæ personæ conceduntur, ultra eam non extendi, sed cum ea extingvi debeant, *l. 7. pr. ff. de Except. l. 1. §. 1. ff. de jur. immunit. Landr. lib. 1. Art. 32. in pr. ibi* Es mag auch kein Weib ihre Leibzucht zu eigen behalten / noch ihre Erben nach ihrem Todt / dieweil man gezeugen mag / daß es ihr allein zu ihren Leib gegeben / Lehnrecht *cap. 57. n. 7. vers.* Sie erbet es aber nicht auff ihre Kinder. *Rotschütz. de dotal. Art. 4. n. 9. & Art. 8. n. 19* ubi in tantum non transmittit dotalitium ad heredes suos vidua, imo ne quidem ædificia dotali fundo vel ædificio superinstructa iis cedant, *Beust. de jur. connub. p. 2. c. 71. p. m. 242. Job. Scheidevv. Inst. de hered. quæ ab intest. defer. rubr. de success. jur. Saxon. int. vir. & uxor. n. 43. Berl. p. 2. Concl. 50. n. 85.* Dotalitium (2) amittit vidua ratione ADULTERII à se perpetrati *l. 8. §. 3. & 5. C. de repud. Nov. 117. cap. 4. X. de donat. int. vir. & uxor. Landr. lib. 1. Art. 21. ibique gl. n. 2.* Ob sie ihre Ehe brechen / *Rotschütz. Art. 5. n. 5. Berl. cit. loc. n. 86 & p. 4. Concl. 29. n. 20. Prosp. Farinac. in prax. crim. p. 4. tit. 16. qv. 142. p. 1. n. 2.* Limitationes quasdam de hac secunda finiendi dotalitii causa videri possunt *apud Magnif. Dn. Richter, in Velit. Aca- dem. velit. 39. Tb. 40.* Et hoc jus agendi vel excipiendi de adulterio contra uxorem mariti defuncti etiam heredibus ejusdem tunc competit, si maritus adhuc vivus *adulterium* uxoris sciens id indignatus eam expulerit, vel de eo conquestus sit, morte autem præventus accusationem instituere nequiverit, *Novell. Elect. Aug. p. 4. Const. 21.* Secus vero si maritus mulieri ADULTERIUM perpetratum CONDONAVERIT *Campez p. 3. de dote qu. 226. Berlich p. 2. Concl. 50. n. 29.* ubi ita quoque à Scabinis Lipsiensibus ad consultationem W. von S. &



Monst. Fiedlern.



& Consortum contra viduam **E. von S.** responsum fuisse refert, *Da. Carpzov. ad dict. Const. 21. p. 4 & 5. ibi similiter ab iisdem pronunciatum fuit.* Vidua vero **SCORTANS** vel *luxuriosè VIVENS* Dotalitium de Jure Saxonico non amittit, *Landr. lib. 1. Art. 5. Ein Weib mag mit Unkeuschheit ihres Leibes ihre weibliche Ehre kräncken / ihr Recht ver- leust sie aber damit nicht / Carpzov. in prax. crim. p. 2. qv. 65. n. 38. & seqq. ubi hoc pluribus probatum fuit.* De JURE CIVILI aliter cum hoc ca- su proceditur, *Autb. eisd. pœnis post l. 1. C. de secund. nupt. (3) PRÆ- SCRIPTIONE* etiam per triginta annos, annum & diem à peti- tione dotalitii removetur. Cum in terris Saxoniciis duæ tantum inveniantur Species Præscriptionis, altera annalis qua res mobiles, altera tricennalis qua immobilia præscribuntur; Dotalitia autem non in rebus mobilibus sed immobilibus ut plurimum erigantur, & sic recte, hic locum sibi vindicat præscriptio triginta annorum. (4) Mulier si **IN SCIO ac INVITO MARITO** extra domum in locis suspectis pernoctaverit, nisi eam ædibus expulerit, *Rotschütz. Art. 5. n. 8 de dotal.* Ob sie des Nachts aussenbleibe unehrlich / Der Mann schläge oder trübe Sie denn auß / & sic ipse ad committenda delicta ac scelera ei aulam dedisset. (5) Si **INSIDIAS IMPERIO** te- tendit, vel patriam prodiderit, *Landr. lib. 1. Art. 21. n. 3.* (6) Si **VIRI VITAE** insidiata fuerit, effectu licet non subsecuto, *Landr. dict. loc. n. 3. Novell. 117. c. 8.* aut aliis id impetrantibus affirmaverit simulque julle- rit. (7) Denegatur etiam ei, si Maritum **MALITIOSE DERE- LINQVENS** seorsum tegere incipiat, vel lethali morbo eum pressum negligens, ex quo mors sit secuta, de necessariis, alimentis scilicet & cura ei non prospiciat; & tunc culpa negligentiaque sua Mortis causam præbuisse præsumitur; atque adeo non dotalitium modo, sed & generatim omne illud, quicquid ex bonis, mariti sperare po- terat amittit. Ex generali illa Doctorum Regula; portionem statu- tariam sibi ex defuncti bonis debitam amittere coniuges, si unus al- terum malitiosè deserat, *juxta tradita in Novell. 22. c. 15. §. 2. Rauchb. p. 1. qv. 47. n. 10. & p. 2. qv. 20. n. 6. Berl. p. 3. Concl. 36. n. 13.* Idem pla- cuit Serenissimo Saxonie Electori *Const. Elect. Aug. 26. p. 3. ibi oder in grosser Leibes Schwachheit / dorinnen Er oder Sie gestorben / desere- ret Carpzov. ad eand. Const. def. 1. ubi in hunc modum judicatum fuit.* Ejusque rei verissima hæc ratio redditur, quod omni st. tuto & pactis dota-



dotalibus superstiti conjugii portionem bonorum deferentibus, *ta-*  
*cita insit conditio*: Si conjux suum faciat OFFICIUM, *ut recte tradit*  
*Modestin. Pistor qv 90. in fin. Heig. p. 2. qv. 33. n. 24. (8.)* Si viro in vivis  
semper CONTRADICAT & aversetur ut Conjugium exinde non  
sit conveniens ac placidum; vel si cohabitare ei nolit, vel quoque  
quod maximum & præcipuum est, si perpetuo recuset, quando vir  
eam CARNALITER COGNOSCERE velit, simulque in eâ opi-  
nionem pertinaciter perseveret, & hinc eum plane durante matrimo-  
nio ad ACTUM VENEREUM non permittat, quanquam sæpius Vir  
id PRECIBUS ab ea postulaverit; & quidem ex hac ratione, *dum Zo-*  
*bel. part. 3. differ. 11. n. 3. statuit*, quod deducta in domum Sponsi uxor  
dici non possit, cum secundû consuetudinem requiratur ut sit ab ipso  
COGNITA; *Cui etiam coharet Dedekenn. Vol. 3. Consil. 1. 4. sect. 6. n. 14.*  
*Et in Append. ad sect. 5. n. 25. item sect. 6. n. 1.* Et sic hoc in casu vidua  
quoque amittit dotalitium, præsertim si Vir SCRIPTURAM eâ de re he-  
redibus suis post mortem ejus relinquat, in qua jubet ac vult, ut hære-  
des hoc vindicare ac viduæ controversiam hac de re movere debeant.  
Quam opinionem etiam approbavit & secundum eam pronunciavit,  
Inclyta ac Nobilissima Facultas Juridica Lipsiensis in causa J. W. zu  
Dresden. *Mense Julio anno 1672. P. P. Verb. sent.* Nachdem aber  
Titius mit dieser seiner andern Hausfrauen eine unverträgliche Ehe  
lange Zeit gehabt/gestalt Er die Ihme von Ihr angethane Wie-  
derwärtigkeiten in unterschiedlichen Puncten selbst auffgezeiget zc.  
Demnach aber und dieweil die Verweigerung der Ehelichen Bey-  
wohnung / als die vornehmste Ursache und Beschwerde von Titio  
angeführet wird/und daß ermeltes sein Weib Ihme niemahls das  
Eheliche Werck mit Ihr verrichten lassen wollen/da sie doch bey  
derselbs über 9. Jahr/ wie aus Euer Frage abzunehmen/ bey sam-  
men gelebet/dadurch auch / ungeachtet Ihres Ehemannes öftters  
Ansuchen / die Ehe dergestalt nicht vollzogen / noch die vor-  
nehmste End. Ursach des Ehestandes / nemlichen die Kinder-  
zeugung / erlanget werden können: So hat sie sich durch solche  
Ihre beharrliche Widersetzlichkeit / des versprochenen Gegen-  
vermächtniß unfähig und verlustig gemacht / *B. N. W. Plu-*  
*ra DISSENTANEA seu modos dotalitii finiendi si quis desi-*  
*derat legere, adeat Rotsch. Art. 5. de dotal. Et alios supra allegatos*

F

Ass-



Mons. Fiedlern.



*Autores*, quibus calamus de manibus rapere supersedeo, quoniam charta ac tempus hic me quiescere jubent.

Et hæc sunt L. B. quæ pro tenuioris ingenii modulo non autem pro dignitate materiæ conscribere volui. Inficias ire nullatenus possum, plura ac meliora dici potuisse, forsan etiam debuisse, sed doctiori calamo me reliquisse scias. Ast quoniam saltem **DISPUTATIONEM**, non integrum **TRACTATUM** exhibeo, B. L. hunc qualem qualem laborem in optimam partem interpretari velit, & si forsan non omnia ex Apollinis tripode dicta fuerint (*quoniam nullus potest naturam sic retinere, ut non peccet nihil, hoc enim proprium est solum DEI, Novell. 133. cap. 5.*) tunc moneat B. L. corrigat & informet, sed placide & sine affectu, moniti meliora sequemur; DEO interim pro præstita divina gratia immortales ago gratias, cui in æternum sit **LAUS, HONOR. ET GLORIA,**

ut maneat

**IN CHRISTO FELICITER!**













ULB Halle  
003 132 439

3



Sb.

WMA











IN CHRISTO FELICITER!

PUTATIO JURIDICA

De

RO DOTIS,

DOTALITII,

der Mitgift und des Leibgedings /

Quam

ac Decreto Magnifici ac

ctorum Ordinis in hac Illustri

Academia Philuræa

Sub Tutamine & Moderamine

VIRI

Amplissimi, Consultissimi ac Excellentissimi,

ORGII HEINZII, J. U. D.

ni, ac Practici famigeratissimi,

oris, simul ac Præceptoris sui, omni observantiâ  
per atatem studiosè colendi,

ac Placido Eruditorum Examine

ANNO CHRISTI M. DC. LXXIII.

ctorum Collegio Petrino

Horis matutinis solitis

subjicit

RISTOPH. Freiesleben /

av. Misn, Notar. Publ. Cæsar,

ULTOR ac RESPONDENS.

SIÆ, Literis JOH. GEORG.

1623, 7  
XXXVII

9 /

18  
10 /

57



Mons. Fiedlern

